HDI
HW 2JFC 0

Digitized by Google

NE 1065 S2

From
the Library of
the late
Thomas Dwight
of Boston
Dec. Nov. 12,
1892.

Digitized by Google

Digitized by Google

PLATONIS
QUAE EXSTANT
OPERA.

ACCEDUNT

PLATONIS QUAE FERUNTUR

SCRIPTA.

AD

OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM

RECENSUIT

IN LINGUAM LATINAM CONVERTIT

ANNOTATIONIBUS EXPLANAVIT INDICESQUE

RERUM AC VERBORUM ACCURATISSIMOS

ADIECIT

FRIDERICUS ASTIUS.

TOMUS QUINTUS

POLITIAE LIB. IX—X. TIMAEUM ET CRITIAM CONTINENS.

LIPSIAE MDCCCXXII.

IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

Digitized by Google

KE30520
QH82, 1911



Digitized by Google

Θ.

571 Αὐτὸς δὴ λοιπός, ἦν δ' ἐγώ, ὁ τυραννικὸς ἀνὴρ σκέψασθαι, πῶς τε μεθίσταται ἐκ δημοκρατικοῦ γενόμενός τε ποῖός τίς ἐστι καὶ τίνα τρόπον ζῇ, ἄθλιον ἢ μακάριον. Λοιπὸς γὰρ οὖν ἔτι οὗτος, ἔφη. Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὃ ποθῶ ἔτι; Τὸ ποῖον; Τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν, οἷαί τε καὶ ὅσαι εἰσίν, οὗ μοι δοκοῦμεν ἱκανῶς διῃρῆσθαι. τούτου δὲ ἐνδεῶς
B ἔχοντος * ἀσαφεστέρα ἔσται ἡ ζήτησις οὗ ζητοῦμεν. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, ἔτι ἐν καλῷ; Πάνυ μὲν οὖν· καὶ σκόπει γ' ὃ ἐν αὐταῖς βούλομαι ἰδεῖν. ἔστι δὲ τόδε. τῶν μὴ ἀναγκαίων ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν δοκοῦσί τινές μοι εἶναι παράνομοι, αἳ κινδυνεύουσι μὲν ἐγγίγνεσθαι παντί, κολαζόμεναι

IX.

Ipſe iam vir tyrannicus, inquam, reſtat ut videamus quomodo e populari prodeat, qualis, quum exſtiterit, ſit et quam vitam degat, miſeram an beatam. Reſtat ſane hoc, inquit. Scin' vero, inquam, quid adhuc deſiderem? Quidnam? Cupiditates quales et quot ſint, non mihi videmur ſatis expoſuiſſe. in quo tamen ſi quid deficit, obſcurior erit eius quod quaerimus inveſtigatio. Nonne, inquit, adhuc opportunum eſt tempus? Sane quidem; et vide quid in illis velim cognoſcere. eſt autem hoc: voluptatum et cupiditatum quae non ſunt neceſſariae videntur nonnullae mihi eſſe a legibus averſae, quae inſint quidem in quoque, caſtigatae vero a legibus et

δὲ ὑπό τε τῶν νόμων καὶ τῶν βελτιόνων ἐπιθυμιῶν μετὰ λόγου ἐνίων μὲν ἀνθρώπων ἢ παντάπασιν ἀπαλλάττεσθαι ἢ ὀλίγαι λείπεσθαι καὶ ἀσθενεῖς, τῶν δὲ ἰσχυρότεραι καὶ * πλείους. Λέγεις δὲ τίνας, ἔφη, ταύτας; Τὰς περὶ τὸν C ὕπνον, ἦν δ' ἐγώ, ἐγειρομένας, ὅταν τὸ μὲν ἄλλο τῆς ψυχῆς εὕδῃ, ὅσον λογιστικὸν καὶ ἥμερον καὶ ἄρχον ἐκείνου, τὸ δὲ θηριῶδές τε καὶ ἄγριον, ἢ σίτων ἢ μέθης πλησθέν, σκιρτᾷ τε καὶ ἀπωσάμενον τὸν ὕπνον ζητῇ ἰέναι καὶ ἀποπιμπλάναι τὰ αὑτοῦ ἤθη. οἶσθ' ὅτι πάντα ἐν τῷ τοιούτῳ τολμᾷ ποιεῖν, ὡς ἀπὸ πάσης λελυμένον τε καὶ ἀπηλλαγμένον αἰσχύνης καὶ φρονήσεως. μητρί τε γὰρ ἐπιχειρεῖν * μί- D γνυσθαι, ὡς οἴεται, οὐδὲν ὀκνεῖ ἄλλῳ τε ὁτῳοῦν ἀνθρώπων καὶ θεῶν καὶ θηρίων, μιαιφονεῖν τε ὁτιοῦν, βρώματός τε ἀπέχεσθαι μηδενός· καὶ ἑνὶ λόγῳ οὔτε ἀνοίας οὐδὲν ἐλλείπει οὔτε ἀναισχυντίας. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Ὅταν δέ γε, οἶμαι, ὑγιεινῶς τις ἔχῃ αὐτὸς αὑτοῦ καὶ σωφρόνως, καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ τὸ λογιστικὸν μὲν ἐγείρας ἑαυτοῦ καὶ ἑστιάσας λόγων καλῶν καὶ σκέψεων, εἰς ξύννοιαν αὐτὸς αὑτῷ ἀφικόμενος, τὸ ἐπιθυμητικὸν * δὲ μήτε ἐνδείᾳ δοὺς μήτε E πλησμονῇ, ὅπως ἂν κοιμηθῇ καὶ μὴ παρέχῃ θόρυβον τῷ * βελτίστῳ χαῖρον ἢ λυπούμενον, ἀλλ' ἐᾷ *) αὐτὸ καθ' 57a αὑτὸ μόνον καθαρὸν σκοπεῖν καὶ ὀρέγεσθαι τοῦ αἰσθάνεσθαι ὧν μὴ οἶδεν, ἤ τι τῶν γεγονότων ἢ ὄντων ἢ καὶ μελλόντων, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ θυμοειδὲς πραῦνας καὶ μή τισιν εἰς ὀργὰς ἐλθὼν κεκινημένῳ τῷ θυμῷ καθεύδῃ, ἀλλ' ἡσυχάσας μὲν τὼ δύο εἴδη, τὸ τρίτον δὲ κινήσας ἐν ᾧ τὸ φρονεῖν ἐγγίγνεται, οὕτως ἀναπαύηται, οἶσθ' ὅτι τῆς τ' ἀληθείας ἐν τῷ τοιούτῳ μάλιστα ἅπτεται καὶ ἥκιστα παράνομοι * τότε αἱ ὄψεις φαντάζονται τῶν ἐνυπνίων. Παντε- B λῶς μὲν οὖν, ἔφη, οἶμαι οὕτως. Ταῦτα μὲν τοίνυν ἐπὶ πλέον ἐξήχθημεν εἰπεῖν· ὃ δὲ βουλόμεθα γνῶναι, τόδ' ἐστίν, ὡς ἄρα δεινόν τι καὶ ἄγριον καὶ ἄνομον ἐπιθυμιῶν εἶδος ἑκάστῳ ἔνεστι, καὶ πάνυ δοκοῦσιν ἡμῶν ἐνίοις μετρίοις εἶναι. τοῦτο δὲ ἄρα ἐν τοῖς ὕπνοις γίγνεται ἔνδηλον. εἰ οὖν

*) γρ. ἑῶν.

Digitized by Google

melioribus cupiditatibus iuvante ratione a quibusdam hominibus vel prorſus discedant vel paucae relinquantur atque imbecillae, in aliis vero fortiores ac plures. Quasnam, inquit, dicis? Eas, inquam, quae in ſomno excitantur, quum reliquae animi partes dormiunt, quae rationis ſunt participes et manſuetae eumque regunt, immanis autem ac fera, vel cibo vel vino onuſta, exſultat ſomnoque depulſo ſtudet procedere et cupiditates ſuas, ut ſolet, explere. ſcis omnia eum audere tum facere, quippe omni ſolutum atque liberatum pudore ac prudentia; neque enim cum matre eum vereri corpus miſcere, ut ſibi videatur, neque cum quovis alio vel hominum vel deorum vel belluarum, atque etiam trucidare quidvis, nec ullo ſe abstinere cibo, atque uno verbo neque temeritatis quicquam relinquere neque impudentiae. Veriſſime, inquit, dicis. Quando vero, opinor, ſano quis eſt ſtatu atque temperato et ita quieti ſe tradit, ſi eam partem animi, quae mentis et conſili eſt, excitavit bonisque ſaturavit et ſermonibus et cogitationibus, partem contra ad cupiditates propenſam neque inopia enecuit neque ſatietate oneravit, ut ſopiatur nec turbas efficiat optimae parti gaudendo vel dolendo, ſed ſolam eam per ſe ſinat puram contemplari eiusque appetere perceptionem quod ignoret, vel praeteritorum alicuius vel praesentium vel futurorum, eodemque modo etiam iracunda parte ſedata ita conquieſcit ut animus in neminem iracundia inflammatus ſit atque commotus, ſed compreſſis duabus illis partibus, tertia vero illa rationis et mentis erecta quieti ſe tradit, ſcis veritatem tum maxime eum attingere minimeque ſomnianti viſa occurrere a legibus averſa. Prorſus quidem, inquit, ita exiſtimo. Et hoc quidem ut diffuſius explicaremus inducti ſumus; quod autem volebamus cognoſcere, hoc eſt: grave quoddam et ferum et a legibus averſum cupiditatum genus in quoque ineſſe, etiam in aliquibus de nobis qui admodum moderati videantur eſſe. quod quidem in ſomnis

Digitized by Google

τι δοκῶ λέγειν καὶ ξυγχωρεῖς, ἆθρει. Ἀλλὰ ξυγχωρῶ. Τὸν τοίνυν δημοτικὸν ἀναμνήσθητι οἷον ἔφαμεν εἶναι. ἦν * δέ C
που γεγονὼς *) ἐκ νέου ὑπὸ φειδωλῷ πατρὶ τεθραμμένος, τὰς χρηματιστικὰς ἐπιθυμίας τιμῶντι μόνας, τὰς δὲ μὴ ἀναγκαίους, ἀλλὰ παιδιᾶς τε καὶ καλλωπισμοῦ ἕνεκα γιγνομένας ἀτιμάζοντι· ἦ γάρ; Ναί. Ξυγγενόμενος δὲ κομψοτέροις ἀνδράσι καὶ μεστοῖς ὧν ἄρτι διήλθομεν ἐπιθυμιῶν, ὁρμήσας εἰς ὕβριν τε πᾶσαν καὶ τὸ ἐκείνων εἶδος μίσει τῆς τοῦ πατρὸς φειδωλίας, φύσιν δὲ τῶν διαφθειρόντων βελτίω ἔχων, ἀγόμενος ἀμφοτέρωσε * κατέστη εἰς μέσον ἀμφοῖν τοῖν τρό- D
ποιν, καὶ μετρίως δὴ, ὡς ᾤετο, ἑκάστων ἀπολαύων οὔτε ἀνελεύθερον οὔτε παράνομον βίον ζῇ **), δημοτικὸς ἐξ ὀλιγαρχικοῦ γεγονώς. Ἦν γάρ, ἔφη, καὶ ἔστιν αὕτη ἡ δόξα περὶ τὸν τοιοῦτον. Θὲς τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, πάλιν τοῦ τοιούτου ἤδη πρεσβυτέρου γεγονότος νέον υἱὸν ἐν τοῖς τούτου αὖ ἤθεσι τεθραμμένον. Τίθημι. Τίθει τοίνυν καὶ τὰ αὐτὰ ἐκεῖνα περὶ αὐτὸν γιγνόμενα ἅπερ καὶ περὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἀγόμενόν * τε εἰς πᾶσαν παρανομίαν, ὀνομα- E
ζομένην δ' ὑπὸ τῶν ἀγόντων ἐλευθερίαν ἅπασαν, βοηθοῦντά τε ταῖς ἐν μέσῳ ταύταις ἐπιθυμίαις πατέρα τε καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους, τοὺς δ' αὖ παραβοηθοῦντας· ὅταν δ' ἐλπίσωσιν ***) οἱ δεινοὶ μάγοι τε καὶ τυραννοποιοὶ οὗτοι μὴ ἄλλως τὸν νέον καθέξειν, ἔρωτά τινα αὐτῷ μηχανωμένους ἐμποιῆσαι, προστάτην τῶν ἀργῶν καὶ τὰ ἕτοιμα διανεμομένων * ἐπιθυμιῶν, 573
ὑπόπτερον καὶ μέγαν κηφῆνα τινά· ἢ τί ἄλλο οἴει εἶναι τὸν τῶν τοιούτων ἔρωτα; Οὐδὲν ἔγωγε, ἦ δ' ὅς, ἀλλ' ἢ τοῦτο. Οὐκοῦν, ὅταν δὴ περὶ αὐτὸν βομβοῦσαι καὶ αἱ ἄλλαι ἐπιθυμίαι, θυμιαμάτων τε γέμουσαι καὶ μύρων καὶ στεφάνων καὶ οἴνων καὶ τῶν ἐν ταῖς τοιαύταις ξυνουσίαις ἡδονῶν ἀνειμένων, ἐπὶ τὸ ἔσχατον αὔξουσαί τε καὶ τρέφουσαι πόθου

---

*) ἴσ. γεγονὼς καὶ ἐκ ν.

**) ἴσ. ἔζη.

***) ἴσ. τοὺς δ' αὖ παραβοηθοῦντας, ὅταν ἐλπίσωσιν.

manifeſto deprehenditur. iam vide num quid videar dicere et tu aſſentiare. Sane aſſentior. Popularem vero recordare qualem dixerimus eſſe. erat autem is parco patre natus et a puero ab illo educatus, qui cupiditates quidem ad quaeſtum faciendum propenſas coleret ſolas, eas vero quae non ſunt neceſſariae, ſed ad iocum et decus ſpectant, contemneret: nonne? Ita. Conſuetudinem vero dum iungebat cum viris politioribus earumque quas modo memoravimus cupiditatum plenis, progrediebatur ad omnem protervitatem illarumque genus odio permotus paternae parſimoniae, ingenium vero quia habebat melius quam corruptores, in utramque partem tractus medius conſiſtebat inter utrasque vivendi rationes, ideoque modice, ut exiſtimabat, utraque uſus neque illiberalem neque a legibus averſam degebat vitam, popularis e viro paucorum dominationis cupido factus. Erat ſane, inquit, et eſt hoc de eiusmodi viro iudicium. Pone igitur, inquam, rurſus huius iam ſenioris facti filium iuvenem in ipſius quoque moribus educatum. Pono. Ac pone eadem illa huic accidere, quae eius patri acciderant, ut trahatur in omnem legum violationem, dictam a trahentibus libertatem omnem, et auxilium ferre mediis illis cupiditatibus patrem reliquosque propinquos, illos vero qui contrarium ei ferant auxilium, quum putent graves hi magi et tyranni effectores non aliter ſe retenturos eſſe iuvenem, id agere ut amorem aliquem ei iniiciant, praefectum feguium et poſſeſſiones diſſipantium cupiditatum, volucrem magnumque fucum quendam: an quid aliud cenſes eſſe eiusmodi hominum amorem? Nihil equidem, inquit, niſi hoc. Nonne, quum reliquae quoque cupiditates bombum circa eum facientes et odoribus affluentes, unguentis, coronis, vinis ac voluptatibus quae in eiusmodi congreſſibus agitantur diſſolutis usque ad extremum auxerunt et nutriverunt appetitio-

κέντρον *) ἐμποιήσωσι τῷ κηφῆνι, τότε δὴ δορυφορεῖταί τε ὑπὸ μανίας καὶ οἰστρᾷ * οὗτος ὁ προστάτης τῆς ψυχῆς, B καὶ ἐάν τινας ἐν αὑτῷ δόξας ἢ ἐπιθυμίας λάβῃ ποιουμένας χρηστὰς καὶ ἔτι ἐπαισχυνομένας, ἀποκτείνει τε καὶ ἔξω ὠθεῖ παρ' αὑτοῦ, ἕως ἂν καθήρῃ σωφροσύνης, μανίας δὲ πληρώσῃ ἐπακτοῦ. Παντελῶς, ἔφη, τυραννικοῦ ἀνδρὸς λέγεις γένεσιν. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὸ πάλαι διὰ τὸ τοιοῦτον τύραννος ὁ Ἔρως λέγεται; Κινδυνεύει, ἔφη. Οὐκοῦν, ὦ φίλε, εἶπον, καὶ μεθυσθεὶς ἀνὴρ τυραννικόν τι φρόνημα * ἴσχει; Ἴσχει γάρ. Καὶ μὴν ὅ γε μαινόμενος καὶ ὑποκε- C κινηκὼς οὐ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἐπιχειρεῖ τε καὶ ἐλπίζει δυνατὸς εἶναι ἄρχειν. Καὶ μάλ', ἔφη. Τυραννικὸς δέ, ἦν δ' ἐγώ, ὦ δαιμόνιε ἀνήρ, ἀκριβῶς γίγνεται, ὅταν ἢ φύσει ἢ ἐπιτηδεύμασιν ἢ ἀμφοτέροις μεθυστικός τε καὶ ἐρωτικὸς καὶ μελαγχολικὸς γένηται. Παντελῶς μὲν οὖν.

Γίγνεται μέν, ὡς ἔοικεν, οὕτω ὁ τοιοῦτος ἀνήρ· ζῇ δὲ δὴ πῶς; Τὸν τῶν παιζόντων, ἔφη, τοῦτο * σὺ καὶ ἐμοὶ D ἐρεῖς. Λέγω δή, ἔφην. οἶμαι γάρ, τὸ μετὰ τοῦτο ἑορταὶ γίγνονται παρ' αὐτοῖς καὶ κῶμοι καὶ θάλειαι **) καὶ ἑταῖραι καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, ὧν ἂν Ἔρως τύραννος ἔνδον οἰκῶν διακυβερνᾷ ***) τὰ τῆς ψυχῆς ἅπαντα. Ἀνάγκη, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ πολλαὶ καὶ δειναὶ παραβλαστάνουσιν ἐπιθυμίαι ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἑκάστης, πολλῶν δεόμεναι; Πολλαὶ μέντοι. Ταχὺ ἄρα ἀναλίσκονται, ἐάν τινες ὦσι πρόσοδοι. Πῶς δ' οὔ; Καὶ μετὰ τοῦτο * δὴ δανεισμοὶ καὶ τῆς οὐ- E σίας παραιρέσεις. Τί μήν; Ὅταν δὲ δὴ πάντ' ἐπιλίπῃ, ἆρα οὐκ ἀνάγκη τὰς μὲν ἐπιθυμίας βοᾶν πυκνάς τε καὶ σφοδρὰς ἐννενεοττευμένας, τοὺς δ' ὥσπερ ὑπὸ κέντρων ἐλαυνομένους τῶν τε ἄλλων ἐπιθυμιῶν καὶ διαφερόντως ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἔρωτος, πάσαις ταῖς ἄλλαις ὥσπερ δορυφόροις ἡγουμένου, οἰστρᾶν καὶ σκοπεῖν τίς τι ἔχει, ὃν δυνατὸν ἀφελέσθαι ἀπατήσαντα ἢ * βιασάμενον; Σφόδρά γ', ἔφη. Ἀναγ- 574 καῖον δὴ πανταχόθεν φέρειν, ἢ μεγάλαις ὠδῖσί τε καὶ ὀδύναις ξυνέχεσθαι. Ἀναγκαῖον. Ἆρ' οὖν, ὥσπερ αἱ ἐν αὐ-

*) Is. πόθον, κέντρον.
**) gr. θαλίαι.
***) gr. διακυβερνᾷ.

nem et aculeum indiderunt fuco, tum ſatellitem ſe ei adiungit inſania et furit hic animi praefectus, et ſi opiniones in ſe aliquas deprehendit et cupiditates pro frugalibus habitas et adhuc verecundas, de medio eas tollit et foras ex ſe pellit, dum ſe exſolverit temperantia, inſania vero compleverit aſſumpta. Prorſus, inquit, tyrannici viri dicis ortum. Num vero, inquam, etiam antiquitus hanc ob cauſam tyrannus Amor perhibetur? Eſt ſane ita, inquit. Nonne, amice, inquam, etiam ebrius vir tyrannicum quendam animum habet? Habet vero. Et ſane qui furit menteque permotus eſt non modo hominibus, verum etiam diis conatur imperare ſeque id poſſe exiſtimat. Sane quidem, inquit. Tyrannicus vero, inquam, o praeſtantiſſime vir, plane exſiſtit, quum vel natura vel ſtudiis vel utroque ebrioſus et amatorius et inſanus exſiſtit. Prorſus res ſe ſic habet.

Exſiſtit quidem, ut patet, ita huiusmodi vir; vitam vero qualem degit? Ut ludentes dicunt, inquit, hoc tu mihi quoque narrabis. Narro igitur. arbitror enim, dies feſtos celebrari apud eos et comiſſationes et epulas lautiores et amicas et omnia eiusdem generis, quorum quidem animum Amor tyrannus intus habitans gubernat univerſum. Neceſſe eſt, inquit. Nonne igitur multae vehementes adnaſcuntur cupiditates in ſingulos dies et noctes, multarum rerum indigentes? Multae vero. Cito vero conſumuntur ſi qui ſunt reditus. Quidni? Poſthac igitur mutuationes reique familiaris deminutiones. Sane quidem. Quum vero omnia deficiunt, nonne neceſſe eſt cupiditates clamorem tollere frequentes ac vehementes in nido deliteſcentes, et illos tamquam a ſtimulis agitatos quum a ceteris cupiditatibus tum maxime ab ipſo Amore, omnes reliquas tamquam ſatellites ducente, furere et quaerere quis quid habeat, quem ſpoliare poſſit defraudans vel cogens? Admodum, inquit. Oportet igitur eos undique arripere, aut magnis doloribus et cruciatibus affici. Oportet. Nonne vero,

τῷ ἡδοναὶ ἐπιγιγνόμεναι τῶν ἀρχαίων πλέον εἶχον καὶ τὰ ἐκείνων ἀφῃροῦντο, οὕτω καὶ αὐτὸς ἀξιώσει νεώτερος ὢν πατρός τε καὶ μητρὸς πλέον ἔχειν, καὶ ἀφαιρεῖσθαι, ἐὰν τὸ αὑτοῦ μέρος ἀναλώσῃ, ἀπονειμάμενος τῶν πατρῴων; Ἀλλὰ τί μήν; ἔφη. Ἐὰν δὲ δὴ αὐτῷ μὴ ἐπιτρέπωσιν, ἆρα * οὐ B τὸ μὲν πρῶτον ἐπιχειροῖ ἂν κλέπτειν καὶ ἀπατᾶν τοὺς γονέας; Πάντως. Ὁπότε δὲ μὴ δύναιτο, ἁρπάζοι ἂν καὶ βιάζοιτο μετὰ τοῦτο; Οἶμαι, ἔφη. Ἀντεχομένων δὴ καὶ μαχομένων, ὦ θαυμάσιε, γέροντός τε καὶ γραός, ἆρ' εὐλαβηθείη ἂν καὶ φείσαιτο μή τι δρᾶσαι τυραννικόν *); Οὐ πάνυ, ἦ δ' ὅς, ἔγωγε θαῤῥῶ περὶ τῶν γονέων τοῦ τοιούτου. Ἀλλ', ὦ Ἀδείμαντε, πρὸς Διός, ἕνεκα νεωστὶ φίλης καὶ οὐκ ἀναγ- καίας ἑταίρας γεγονυίας τὴν πάλαι φίλην * καὶ ἀναγκαίαν C μητέρα, ἢ ἕνεκα ὡραίου νεωστὶ φίλου γεγονότος, οὐκ ἀναγκαίου, τὸν ἄωρόν τε καὶ ἀναγκαῖον πρεσβύτην πατέρα καὶ τῶν φίλων ἀρχαιότατον δοκεῖ ἄν σοι ὁ τοιοῦτος πληγαῖς τε δοῦναι καὶ καταδουλώσασθαι ἂν αὐτοὺς ὑπ' ἐκείνοις, εἰ εἰς τὴν αὐτὴν οἰκίαν ἀγάγοιτο; Ναὶ μὰ Δί', ἦ δ' ὅς. Σφόδρά γε μακάριον, ἦν δ' ἐγώ, ἔοικεν εἶναι τὸ τυραννικὸν νιὸν τεκεῖν. Οὐ πάνυ γε, ἔφη. Τί δ', ὅταν δὴ τὰ πατρὸς καὶ μητρὸς * ἐπιλείπῃ τὸν τοιοῦτον, πολὺ δὲ ἤδη ξυν- D ειλεγμένον ἐν αὑτῷ ἢ τὸ τῶν ἡδονῶν σμῆνος, οὐ πρῶτον μὲν οἰκίας τινὸς ἐφάψεται τοίχου ἢ τινος ὀψὲ νύκτωρ ἰόντος τοῦ ἱματίου, μετὰ δὲ ταῦτα ἱερόν τι νεωκορήσει; καὶ ἐν τούτοις δὴ πᾶσιν, ἃς πάλαι εἶχε δόξας ἐκ παιδὸς περὶ καλῶν τε καὶ αἰσχρῶν, τὰς δικαίας **) ποιουμένας, αἱ νεωστὶ ἐκ δουλείας λελυμέναι, δορυφοροῦσαι τὸν Ἔρωτα, κρατήσουσι μετ' ἐκείνου· αἱ πρότερον μὲν ὄναρ ἐλύοντο ἐν ὕπνῳ, ὅτε ἦν * αὐτὸς ἔτι ὑπὸ νόμοις τε καὶ πατρὶ δημο- E κρατούμενος ἐν ἑαυτῷ, τυραννευθεὶς δὲ ὑπὸ Ἔρωτος, οἷος ὀλιγάκις ἐγίγνετο ὄναρ, ὕπαρ τοιοῦτος ἀεὶ γενόμενος ***), οὔτε τινὸς φόνου δεινοῦ ἀφέξεται οὔτε βρώματος οὔτ' ἔργου, ἀλλὰ * τυραννικὸς †) ἐν αὐτῷ ὁ Ἔρως ἐν πάσῃ ἀν- 575

---

*) ἄλλ. τῶν τυραννικῶν.
**) γρ. τὰς δίκας.
***) ἄλλ. γιγνόμενος.
†) ἄλλ. τυραννικῶς.

quemadmodum voluptates in eo posterae plura appetebant quam priores hasque spoliabant, ita etiam ipse iunior plura habere contendet quam pater et mater eosque spoliare, quum partem suam consumpserit, paterna bona ad se vindicans? Quidni? inquit. Parentes vero si ei non permittant, nonne primum furabitur eosque defraudabit? Prorsus ita. Quodsi non potuerit, rapiet et vi auferet deinde? Arbitror, inquit. Resistentibus igitur ac repugnantibus, o praestantissime, sene et anicula, num reverebitur et tyrannicis abstinebit actionibus? Non sane, inquit, equidem bene spero de huius parentibus. Et hercle, Adimante, propter amicam recens dilectam nec necessariam dudum dilectam et necessariam matrem, vel propter formosum recens dilectum nec necessarium deformem et necessarium patrem senem et amicorum antiquissimum videtur tibi hic verberaturus illorumque servitio subiecturus esse, si eandem in domum secum duxerit? Sane quidem hercle, inquit. Admodum fortunatum, inquam, videtur esse tyrannicum filium procreare. Non sane, inquit. Quid vero, si paterna et materna bona eum deficiunt, copiosum vero iam collectum est in eo voluptatum examen, nonne primum quidem domus alicuius adorietur parietem vel sero noctis proficiscenti pallium detrahet, deinde vero templum exspoliabit? et in his quidem omnibus quas pridem tenebat sententias a puero de rebus honestis ac turpibus, pro iustis illas quidem habitas, nuper servitute liberatae Amoris satellites superabunt cum ipso; quae prius quidem specie liberabantur in somnis, quum ipse adhuc legibus et patri obediret, populari in se imperio subiectus, Amoris vero tyrannidi subiectus, postquam, qualem se raro praebuerat specie, vero talis semper factus est, neque dira aliqua caede abstinebit neque heluatione neque facinore, sed tyrannicus in eo Amor in quavis imperii ac legum dissolutione vivens,

ἀρχίᾳ καὶ ἀνομίᾳ ζῶν, ἅτε αὐτὸς ὢν μόναρχος, τὸν ἔχοντά τε αὐτὸν ὥσπερ πόλιν ἄξει ἐπὶ πᾶσαν τόλμαν, ὅθεν αὖτόν τε καὶ τὸν περὶ αὐτὸν θόρυβον θρέψει, τὸν μὲν ἔξωθεν εἰσεληλυθότα ἀπὸ κακῆς ὁμιλίας, τὸν δ' ἔνδοθεν ὑπὸ τῶν αὐτῶν τρόπων καὶ ἑαυτοῦ ἀνεθέντα καὶ ἐλευθερωθέντα· ἦ οὐχ οὗτος ὁ βίος τοῦ τοιούτου; Οὗτος μὲν οὖν, ἔφη. Καὶ ἂν μέν γε, ἦν δ' ἐγώ, ὀλίγοι οἱ τοιοῦτοι ἐν πόλει ὦσι *καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος σωφρονῇ, ἐξελθόντες ἄλλον τινὰ δορυφοροῦσι τύραννον ἢ μισθοῦ ἐπικουροῦσιν, ἐάν που πόλεμος ᾖ· ἐὰν δ' ἐν εἰρήνῃ τε καὶ ἡσυχίᾳ γένωνται. αὐτοῦ δὴ ἐν τῇ πόλει κακὰ δρῶσι σμικρὰ πολλά. Τὰ ποῖα δὴ λέγεις; Οἷα κλέπτουσι, τοιχωρυχοῦσι, βαλαντιοτομοῦσι, λωποδυτοῦσιν, ἱεροσυλοῦσιν, ἀνδραποδίζονται, ἔστι δ' ὅτε συκοφαντοῦσιν, ἐὰν δυνατοὶ ὦσι λέγειν, καὶ ψευδομαρτυροῦσι καὶ δωροδοκοῦσιν. Σμικρά γ' *), ἔφη, κακὰ λέγεις, ἐὰν * ὀλίγοι ὦσιν οἱ τοιοῦτοι. Τὰ δὲ σμικρά, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς τὰ μεγάλα σμικρά ἐστι, καὶ ταῦτα δὴ πάντα πρὸς τύραννον πονηρίᾳ τε καὶ ἀθλιότητι πόλεως **), τὸ λεγόμενον, οὐδ' ἴκταρ βάλλει. ὅταν γὰρ δὴ πολλοὶ ἐν πόλει γένωνται οἱ τοιοῦτοι καὶ ἄλλοι οἱ ξυνεπόμενοι αὐτοῖς καὶ αἴσθωνται ἑαυτῶν τὸ πλῆθος, τότε οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν τύραννον γεννῶντες μετὰ δήμου ἀνοίας, ἐκεῖνον ὃς ἂν αὐτῶν μάλιστα αὐτὸς ἐν αὑτῷ μέγιστον καὶ * πλεῖστον ἐν τῇ ψυχῇ τύραννον ἔχῃ. Εἰκότως γ', ἔφη· τυραννικώτατος γὰρ ἂν εἴη. Οὐκοῦν ἐὰν μὲν ἑκόντες ὑπείκωσιν, ἐὰν δὲ μὴ ἐπιτρέπῃ ἡ πόλις, ὥσπερ τότε μητέρα καὶ πατέρα ἐκόλαζεν, οὕτω πάλιν τὴν πατρίδα, ἐὰν οἷός τ' ᾖ, κολάσεται ἐπεισαγόμενος νέους ἑταίρους, καὶ ὑπὸ τούτοις δὴ δουλεύουσαν τὴν πάλαι φίλην μητρίδα τε, Κρῆτές φασι, καὶ πατρίδα ἕξει τε καὶ θρέψει. καὶ τοῦτο δὴ τὸ τέλος ἂν εἴη τῆς ἐπιθυμίας τοῦ τοιούτου ἀνδρός. * Τοῦτο, ἦ δ' ὅς, παντάπασί γε.

Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, οὗτοί γε τοιοίδε γίγνονται ἰδίᾳ καὶ πρὶν ἄρχειν; πρῶτον μέν, οἷς ἂν ξυνῶσιν, ἢ κόλαξιν

---

*) ἄλλ. γάρ.
**) γρ. πόλεως παραβαλλόμενα.

quippe qui ipse solus imperet, eum qui ipso tenetur tamquam civitatem in omnem inducet audaciam, unde et se ipsum et turbam satellitum suorum nutriet, tam extrinsecus ingressam e mala consuetudine, quam intrinsecus ab eisdem moribus et ab ipso remissam atque liberatam; an non haec est huiusmodi viri vita? Haec sane, inquit. Iam si exiguus, inquam, eorum numerus in civitate et reliqua multitudo rationem sequitur, emigrantes alii se satellites adiungunt tyranno vel mercede auxiliantur, sicubi bellum geritur; sin vero in pace et tranquillo sunt, ipsa in urbe facinora committunt exigua multa. Qualia tandem dicis? Velut furantur, parietes perfodiunt, crumenas desecant, spoliant, sacra auferunt, in servitutem abducunt, nonnumquam caluniantur, si dicendo valent, falsa testimonia dicunt et largitionem accipiunt. Exigua quidem, inquit, facinora dicis, si pauci sunt tales. Exigua vero, inquam, cum magnis collata exigua sunt, et haec quidem omnia, si pravitatem ac miseriam spectas, ne accedunt quidem ad tyrannum. quando enim multi in civitate exsistunt tales aliique hos sequentes suamque animadvertunt multitudinem, tum hi sunt qui tyrannum gignunt populi dementia adiuvante,et eum quidem ex suorum numero qui in se ipse maximum et summum in animo tyrannum habet. Consentaneum vero, inquit; maxime enim erit tyrannicus. Nonne vero, si volentes non obediant nec civitas ei permiserit, quemadmodum tunc matrem et patrem castigabat, sic etiam patriam, si potuerit, castigabit novos introducens sodales, et his servientem olim sibi caram matriam, ut Cretenses dicunt, et patriam habebit atque nutriet? et hic quidem finis erit cupiditatis huiusmodi viri. Hic, inquit, sane erit.

Nonne vero, inquam, hi tales exsistunt privatim et antequam imperant? primum quidem inter eos versan-

ἑαυτῶν ξυνόντες καὶ πᾶν ἑτοίμοις ὑπηρετεῖν, ἤ, ἐάν τού τι δέωνται, αὐτοὶ * ὑποπεσόντες, πάντα σχήματα τολμῶντες 576
ποιεῖν ὡς οἰκεῖοι, διαπραξάμενοι δὲ ἀλλότριοι; Καὶ σφόδρα γε. Ἐν παντὶ ἄρα τῷ βίῳ ζῶσι φίλοι μὲν οὐδέποτε οὐδενί, ἀεὶ δέ του δεσπόζοντες ἢ δουλεύοντες ἄλλῳ· ἐλευθερίας δὲ καὶ φιλίας ἀληθοῦς τυραννικὴ φύσις ἀεὶ ἄγευστος. Πάνυ μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν οὐκ ὀρθῶς ἂν τοὺς τοιούτους ἀπίστους καλοῖμεν; Πῶς δ' οὔ; Καὶ μὴν ἀδίκους γε, ὡς οἷόν τε μάλιστα, εἴπερ ὀρθῶς ἐν τοῖς πρόσθεν * ὡμολογήσαμεν περὶ δικαιοσύνης, οἷόν ἐστιν. Ἀλλὰ μήν, ἦ δ' ὅς, ὀρθῶς γε. Κεφαλαιωσώμεθα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τὸν κάκιστον· ἔστι δέ που, οἷον ὄναρ διήλθομεν, ὃς ἂν ὕπαρ τοιοῦτος ᾖ. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐκοῦν οὗτος γίγνεται ὃς ἂν τυραννικώτατος φύσει ὢν μοναρχήσῃ, καὶ ὅσῳ ἂν πλείω χρόνον ἐν τυραννίδι βιῷ, τοσούτῳ μᾶλλον τοιοῦτος; Ἀνάγκη, ἔφη διαδεξάμενος τὸν λόγον ὁ Γλαύκων. B

Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὃς ἂν φαίνηται πονηρότατος, καὶ ἀθλιώτατος * φανήσεται, καὶ ὃς ἂν πλεῖστον χρόνον καὶ μάλιστα τυραννεύσῃ, μάλιστά τε καὶ πλεῖστον χρόνον τοιοῦτος γεγονὼς τῇ ἀληθείᾳ; τοῖς δὲ πολλοῖς πολλὰ καὶ δοκεῖ. Ἀνάγκη, ἔφη, ταῦτα γοῦν οὕτως ἔχειν. Ἄλλο τι οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὃ γε τυραννικὸς κατὰ τὴν τυραννουμένην πόλιν ἂν εἴη ὁμοιότητι, δημοτικὸς *) δὲ κατὰ δημοκρατουμένην, καὶ οἱ ἄλλοι οὕτως; Τί μήν; Οὐκοῦν, ὅ τι πόλις πρὸς πόλιν ἀρετῇ καὶ εὐδαιμονίᾳ, τοῦτο καὶ ἀνὴρ πρὸς ἄνδρα; * Πῶς γὰρ οὔ; Τί οὖν ἄρα ἡ τυραννουμένη πόλις πρὸς βασιλευομένην, οἵαν τὸ πρῶτον διήλθομεν; Πᾶν τοὐναντίον, ἔφη· ἡ μὲν γὰρ ἀρίστη, ἡ δὲ κακίστη. Οὐκ ἐρήσομαι, εἶπον, ὁποτέραν λέγεις· δῆλον γάρ· ἀλλ' εὐδαιμονίας αὖ καὶ ἀθλιότητος ὡσαύτως ἢ ἄλλως κρίνεις; καὶ μὴ ἐκπληττώμεθα πρὸς τὸν τύραννον ἕνα ὄντα βλέποντες, μηδ' εἴ τινες ὀλίγοι περὶ ἐκεῖνον, ἀλλ' ὡς χρὴ ὅλην τὴν πόλιν εἰσελθόν- C D

*) γρ. δημοκρατικός.

tes qui ipſis adulantur et ad omnia parati ſunt officia praeſtanda, vel, ſi quem quid rogant, ipſi blande ſe ſubmittentes, omnes perſonas ſuscipientes tamquam familiares, quum vero impetrarunt, tamquam alieni? Admodum. In omni igitur vita vivunt nulli umquam amici, ſed imperantes ſemper alicui aut alteri ſervientes; libertatis enim et amicitiae verae animus tyrannicus ſemper expers. Sane quidem. Nonne igitur recte hos vocabimus infidos? Quidni? Atque etiam iniuſtos, quam maxime poteſt fieri, ſiquidem recte ſupra conſenſimus inter nos de iuſtitiae natura. Ac recte quidem, inquit. Summatim igitur, inquam, virum deſcribamus peſſimum; eſt autem is qui, qualem cogitatione finximus, talem revera ſe praebet. Sane quidem. Nonne hic eſt qui, quum maxime tyrannicum habeat animum, ſolus imperat, et quo diutius in tyrannide vivit, eo magis talis? Neceſſe eſt, Glauco inquit ſermonem excipiens.

Nonne vero, inquam, qui reperitur praviſſimus, is etiam miſerrimus reperietur, et qui diutiſſime maximeque tyrannidem exercuit, is maxime quoque diutiſſimeque revera talis evadit? quamquam multitudini multa quoque videntur. Neceſſario, inquit, haec ſane ſe ſic habent. Nonne igitur, inquam, tyrannicus ad civitatis tyranni imperio ſubiectae, popularis ad populi principatus ſimilitudinem accedent, et ita quoque reliqui? Quidni? Et quae ratio eſt civitatum ad virtutem et felicitatem, eadem eſt etiam virorum? Admodum. Quomodo igitur civitas tyranni imperio ſubiecta ſe habet ad eam quae regi paret, qualem primum deſcripſimus? Plane contra, inquit; una enim optima eſt, altera vero peſſima. Non quaeram, inquam, utram dicas; patet enim; verum, quod ad felicitatem et miſeriam attinet, idem eſt tuum iudicium, an aliud? ne vero perturbemur in tyrannum unum intuentes vel paucos aliquos eius ſatellites, ſed, quemadmodum oportet in totam nos civitatem ingreſſos conſiderare, ita univerſam quum intra-

τας θεασασθαι, καταδύντες * εἰς ἅπασαν καὶ ἰδόντες, οὕτω Ε
δόξαν ἀποφαινώμεθα. Ἀλλ' ὀρθῶς, ἔφη, προκαλεῖ· καὶ δῆ-
λον παντὶ ὅτι τυραννουμένης μὲν οὐκ ἔστιν ἀθλιωτέρα, βα-
σιλευομένης δὲ οὐκ εὐδαιμονεστέρα. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ,
καὶ περὶ τῶν ἀνδρῶν τὰ αὐτὰ ταῦτα προκαλούμενος * ὀρ- 577
θῶς ἂν προκαλοίμην, ἀξιῶν κρίνειν περὶ αὐτῶν ἐκεῖνον ὃς
δύναται τῇ διανοίᾳ εἰς ἀνδρὸς ἦθος ἐνδὺς διιδεῖν καὶ μὴ
καθάπερ παῖς ἔξωθεν ὁρῶν ἐκπλήττηται ὑπὸ τῆς τῶν τυ-
ραννικῶν προστάσεως, ἣν πρὸς τοὺς ἔξω σχηματίζον-
ται, ἀλλ' ἱκανῶς διορᾷ; εἰ οὖν οἰοίμην δεῖν ἐκείνου πάν-
τας ἡμᾶς ἀκούειν, τοῦ δυνατοῦ μὲν κρῖναι, ξυνῳκηκότος δὲ
ἐν τῷ αὐτῷ καὶ παραγεγονότος ἔν τε ταῖς κατ' οἰκίαν πρά-
ξεσιν, ὡς πρὸς ἑκάστους τοὺς οἰκείους * ἔχει, ἐν οἷς μά- Β
λιστα γυμνὸς ἂν ὀφθείη τῆς τραγικῆς σκευῆς, καὶ ἐν αὖ
τοῖς*) δημοσίοις κινδύνοις, καὶ ταῦτα πάντα ἰδόντα κελεύοι-
μι ἐξαγγέλλειν πῶς ἔχει εὐδαιμονίας καὶ ἀθλιότητος ὁ τύ-
ραννος πρὸς τοὺς ἄλλους; Ὀρθότατ' ἄν, ἔφη, καὶ ταῦτα
προκαλοῖο. Βούλει οὖν, ἦν δ' ἐγώ, προσποιησώμεθα ἡμεῖς
εἶναι τῶν δυνατῶν ἂν κρῖναι καὶ ἤδη ἐντυχόντων τοιούτοις,
ἵνα ἔχωμεν ὅστις ἀποκρινεῖται ἃ ἐρωτῶμεν; Πάνυ γε.

Ἴθι δή μοι, ἔφην, ὧδε σκόπει· * τὴν ὁμοιότητα ἀνα- C
μιμνησκόμενος τῆς τε πόλεως καὶ τοῦ ἀνδρός, οὕτω καθ'
ἕκαστον ἐν μέρει ἀθρῶν τὰ παθήματα ἑκατέρου λέγε. Τὰ
ποῖα; ἔφη. Πρῶτον μέν, ἦν δ' ἐγώ, ὡς πόλιν εἰπεῖν, ἐλευ-
θέραν ἢ δούλην τὴν τυραννουμένην ἐρεῖς; Ὡς οἷόν τ', ἔφη,
μάλιστα δούλην. Καὶ μὴν ὁρᾷς γε ἐν αὐτῇ δεσπότας
καὶ ἐλευθέρους. Ὁρῶ, ἔφη, σμικρόν γέ τι τοῦτο, τὸ δὲ
ὅλον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐν αὐτῇ καὶ τὸ ἐπιεικέστατον ἀτίμως
τε καὶ ἀθλίως δοῦλον. Εἰ οὖν, εἶπον, ὅμοιος * ἀνὴρ τῇ D
πόλει, οὐ καὶ ἐν ἐκείνῳ ἀνάγκη τὴν αὐτὴν τάξιν ἐνεῖναι,
καὶ πολλῆς μὲν δουλείας τε καὶ ἀνελευθερίας γέμειν τὴν
ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ταῦτα αὐτῆς τὰ μέρη δουλεύειν ἅπερ ἦν
ἐπιεικέστατα, σμικρὸν δὲ καὶ τὸ μοχθηρότατον καὶ μανικώ-
τατον δεσπόζειν; Ἀνάγκη, ἔφη. Τί οὖν; δούλην ἢ ἐλευ-

---

*) γρ. αὐτοῖς.

verimus atque inſpexerimus, tum ſententiam dicamus. Recte, inquit, admones; et perſpicuum cuique civitate tyranni imperio ſubiecta nullam eſſe miſeriorem, ea vero quae a rege gubernetur nullam beatiorem. Num vero, inquam, etiam de viris idem ſi admonuero recte admonuero, contendens huius eſſe de illis iudicare qui cogitatione poſſit in viri ingenium intrans diſpicere nec, ſicuti puer, extrinſecus ſpectans perturbetur tyrannorum apparatu quo ſeſe erga exteros ornant, ſed ſatis perſpiciat? iam ſi cenſeam illum oportere nos omnes audire, qui poſſit iudicare, quippe qui cum illo habitaverit et tam actionibus interfuerit domeſticis, quomodo adverſus familiares se gerat, in quibus quidem maxime a tragica pompa nudus conſpicitur, quam periculis publicis, et haec omnia quum viderit iubeam renunciare, quomodo ſe habeat tyranni felicitas et miſeria cum reliquorum conditione collata? Rectiſſime, inquit, etiam haec admonueris. Visne igitur, inquam, fingamus nos eſſe in eorum numero qui poſſint iudicare et inciderint iam in tales, ut habeamus qui reſpondeat ad ea quae interrogamus? Sane quidem.

Agedum, inquam, ita mihi conſidera: ſimilitudinem recordatus civitatis et viri utriusque per ſe ſpectati conditionem memora. Qualem? inquit. Ut primum, inquam, de urbe loquamur, liberam an ſervam dices eam quae tyranno paret? Quam maxime, inquit, fieri poteſt, ſervam. Atqui vides in ea dominos et liberos. Video, inquit, exiguum quidem numerum, univerſitatem vero, ut ita dicam, in ea et moderatiſſimum civium genus ignominioſa et miſera ſervitute oppreſſa. Iam ſi, inquam, ſimilis vir eſt civitatis, nonne etiam in illo neceſſe eſt eundem ineſſe ordinem, et multa quidem ſervitute atque illiberalitate plenum eſſe eius animum, et eas ipſius partes ſervire quae ſunt moderatiſſimae, exiguam vero eamque improbiſſimam et inſaniſſimam dominari? Neceſſe eſt, inquit. Quid igi-

θέραν τὴν τοιαύτην φήσεις εἶναι ψυχήν; Δούλην δήπου ἔγωγε. Οὐκοῦν ἥ γε αὖ δούλη καὶ τυραννουμένη πόλις ἥκιστα ποιεῖ ἃ βούλεται; Πολύ γε. Καὶ ἡ τυραννουμένη ἄρα * ψυχὴ ἥκιστα ποιήσει ἃ ἂν βουληθῇ, ὡς περὶ ὅλης E εἰπεῖν ψυχῆς, ὑπὸ δὲ οἴστρου ἀεὶ ἐλκομένη βίᾳ ταραχῆς καὶ μεταμελείας μεστὴ ἔσται. Πῶς γὰρ οὔ; Πλουσίαν δὲ ἢ πενομένην ἀνάγκη τὴν τυραννουμένην πόλιν εἶναι; Πενομένην. Καὶ ψυχὴν ἄρα τυραννικὴν * πενιχρὰν καὶ ἄπληστον 578
ἀνάγκη ἀεὶ εἶναι. Οὕτως, ἦ δ' ὅς. Τί δέ; φόβου γέμειν ἆρ' οὐκ ἀνάγκη τήν γε τοιαύτην πόλιν τόν τε τοιοῦτον ἄνδρα; Πολλή *) γε. Ὀδυρμοὺς δὲ καὶ στεναγμοὺς καὶ θρήνους καὶ ἀλγηδόνας οἴει ἔν τινι ἄλλῃ πλείους εὑρήσειν; Οὐδαμῶς. Ἐν ἀνδρὶ δὲ ἡγεῖ τὰ τοιαῦτα ἐν ἄλλῳ τινὶ πλείω εἶναι, ἢ ἐν τῷ μαινομένῳ ὑπὸ ἐπιθυμιῶν τε καὶ ἐρώτων τούτῳ τῷ τυραννικῷ; Πῶς γὰρ ἄν; ἔφη. Εἰς πάντα δή, οἶμαι, ταῦτά τε καὶ * ἄλλα τοιαῦτα ἀποβλέψας τήν γε B πόλιν τῶν πόλεων ἀθλιωτάτην ἔκρινας. Οὐκοῦν ὀρθῶς; ἔφη. Καὶ μάλα, ἦν δ' ἐγώ. ἀλλὰ περὶ τοῦ ἀνδρὸς αὖ τοῦ τυραννικοῦ τί λέγεις εἰς ταὐτὰ ταῦτα ἀποβλέπων; Μακρῷ, ἔφη, ἀθλιώτατον εἶναι τῶν ἄλλων ἁπάντων. Τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ, οὐκέτ' ὀρθῶς λέγεις. Πῶς; ἦ δ' ὅς. Οὔπω, ἔφην, οἶμαι, οὗτός ἐστιν ὁ τοιοῦτος μάλιστα. Ἀλλὰ τίς μήν; Ὅδε ἴσως σοι ἔτι δόξει εἶναι τούτου ἀθλιώτερος. Ποῖος; Ὃς * ἄν, ἦν δ' ἐγώ, τυραννικὸς ὢν μὴ ἰδιώτην βίον κα- C ταβιῷ, ἀλλὰ δυστυχὴς ἧ καὶ αὐτῷ ὑπό τινος ξυμφορᾶς ἐκπορισθῇ ὥστε τυράννῳ γενέσθαι. Τεκμαίρομαί σε, ἔφη, ἐκ τῶν προειρημένων ἀληθῆ λέγειν. Ναί, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλὰ οὐκ οἴεσθαι χρὴ τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' εὖ μάλα τῷ τοιούτῳ λόγῳ σκοπεῖν· περὶ γάρ τοι τοῦ μεγίστου ἡ σκέψις, ἀγαθοῦ τε βίου καὶ κακοῦ. Ὀρθότατα, ἦ δ' ὅς. Σκόπει δὴ εἰ ἄρα τι λέγω· δοκεῖ γάρ μοι δεῖν ἐννοῆσαι * ἐκ τῶνδε περὶ D αὐτοῦ σκοποῦντας. Ἐκ τίνων; Ἐξ ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἰδιωτῶν, ὅσοι πλούσιοι ἐν πόλεσιν ἀνδράποδα πολλὰ κέκτηνται· οὗτοι γὰρ τοῦτό γε προσόμοιον ἔχουσι τοῖς τυράννοις, τὸ

*) γρ. Πολύ.

tur? ſervum an liberum huiusmodi dices animum eſſe? Servum ſcilicet equidem. Nonne rurſus civitas ſerva et tyranno ſubiecta minime facit quae volt? Minime vero. Ergo animus quoque tyrannico imperio ſubiectus minime faciet quae volet, ut de univerſo dicamus animo, ſed a furore ſemper vi abreptus perturbatione ac poenitentia plenus erit. Quidni? Divitem vero an pauperem neceſſe eſt civitatem tyranno parentem eſſe? Pauperem. Itaque animus quoque tyrannico imperio ſubiectus pauper et inſatiabilis ſemper ſit neceſſe eſt. Ita, inquit. Quid porro? timore plenos eſſe nonne neceſſe eſt talem civitatis ſtatum talemque virum? Prorſus quidem. Lamentationes vero et gemitus et luctus et cruciatus num cenſes in alia ulla plures te inventurum eſſe? Minime. In viro autem num putas alio quopiam illas plures eſſe, quam in tyrannico cupiditatibus et amoribus furente? Quî poſſum? inquit. Omnia igitur, opinor, haec et alia eiusdem generis reſpiciens civitatem hanc reliquarum omnium miſerrimam iudicas. Nonne recte? inquit. Sane quidem, inquam. at de viro tyrannico quid dicis eadem haec reſpiciens? Longe, inquit, miſerrimum eſſe reliquorum omnium. Hoc, inquam, iam non recte dicis. Quomodo? inquit. Nondum, inquam, ut arbitror, hic eſt maxime talis. Quisnam vero? Is, inquam, qui quum tyrannicus ſit non privatam vitam degit, ſed qui infelix eſt et in eum caſum a fortuna dimittitur, ut tyrannus evadat. Conicio, inquit, ex ante dictis te vera dicere. Ita, inquam; at non opinionem ſequi decet de his, ſed probe ea ad hanc orationem perpendere; quaeſtio enim habetur de re graviſſima, bona et mala vita. Rectiſſime, inquit. Vide igitur num quid dicam; videtur enim mihi ex his res conſideranda eſſe de ea quaerentibus. Ex quibusnam? Ex unoquoque privatorum, quicumque divites in civitatibus mancipia multa poſſident; hi enim in hoc aſſimiles ſunt tyrannis, quod multis imperant; diverſa tamen

πολλῶν ἄρχειν· διαφέρει δὲ τὸ ἐκείνου πλῆθος. Διαφέρει γάρ. Οἶσθα οὖν ὅτι οὗτοι ἀδεῶς ἔχουσι καὶ οὐ φοβοῦνται τοὺς οἰκέτας; Τί γὰρ ἂν φοβοῖντο; Οὐδέν, εἶπον· ἀλλὰ τὸ αἴτιον ἐννοεῖς; Ναί, ὅτι γε πᾶσα ἡ πόλις ἑνὶ ἑκάστῳ βοηθεῖ τῶν ἰδιωτῶν. Καλῶς, * ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. τί δέ; εἴ Ε
τις θεῶν ἄνδρα ἕνα, ὅτῳ ἐστὶν ἀνδράποδα πεντήκοντα ἢ καὶ πλείω, ἄρας ἐκ τῆς πόλεως αὐτόν τε καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας θείη εἰς ἐρημίαν μετὰ τῆς ἄλλης οὐσίας τε καὶ τῶν οἰκετῶν, ὅπου αὐτῷ μηδεὶς τῶν ἐλευθέρων μέλλοι βοηθήσειν, ἐν ποίῳ ἄν τινι καὶ ὁπόσῳ φόβῳ οἴει *) γενέσθαι αὐτὸν περί τε αὐτοῦ καὶ παίδων καὶ γυναικός, μὴ ἀπόλοιντο ὑπὸ τῶν οἰκετῶν; Ἐν παντί, ἦ δ' ὅς, ἔγωγε. Οὐκοῦν * ἀναγκάζοιτο ἄν τινας ἤδη θωπεύειν αὐτῶν τῶν δού- 579
λων καὶ **) ὑπισχνεῖσθαι πολλὰ καὶ ἐλευθεροῦν οὐδὲν δεόμενος ***), καὶ κόλαξ αὐτὸς ἂν θεραπόντων ἀναφανείη; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη, αὐτῷ, ἢ ἀπολωλέναι. Τί δ', εἰ καὶ ἄλλους, ἦν δ' ἐγώ, ὁ θεὸς κύκλῳ κατοικίσειε γείτονας πολλοὺς αὐτῷ, οἳ μὴ †) ἀνέχοιντο εἴ τις ἄλλος ἄλλου δεσπόζειν ἀξιοῖ, ἀλλ' εἴ πού τινα τοιοῦτον λαμβάνοιεν, ταῖς ἐσχάταις τιμωροῖντο τιμωρίαις; Ἔτι ἄν, ἔφη, οἶμαι, * μᾶλλον ἐν Β
παντὶ κακοῦ εἴη, κύκλῳ φρουρούμενος ὑπὸ πάντων πολεμίων. Ἆρ' οὖν οὐκ ἐν τοιούτῳ μὲν δεσμωτηρίῳ δέδεται ὁ τύραννος, φύσει ὢν οἷον διεληλύθαμεν, πολλῶν καὶ παντοδαπῶν φόβων καὶ ἐρώτων μεστός; λίχνῳ δὲ ὄντι αὐτῷ τὴν ψυχὴν μόνῳ τῶν ἐν τῇ πόλει οὔτε ἀποδημῆσαι ἔξεστιν οὐδαμόσε οὔτε θεωρῆσαι ὅσων δὴ καὶ οἱ ἄλλοι ἐλεύθεροι ἐπιθυμηταί εἰσι, καταδεδυκὼς δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ τὰ πολλὰ ὡς γυνὴ ζῇ, φθονῶν * καὶ τοῖς ἄλλοις πο- C
λίταις, ἐάν τις ἔξω ἀποδημῇ καί τι ἀγαθὸν ὁρᾷ; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη.

Οὐκοῦν τοῖς τοιούτοις κακοῖς ††) πλείω καρποῦται ἀνὴρ ὃς ἂν κακῶς ἐν ἑαυτῷ πολιτευόμενος, ὃς νῦν δὴ σὺ ἀθλιώτατον ἔκρινας τὸν τυραννικόν, ὡς μὴ ἰδιώτης κατα-

---

*) γρ. οἴει ἄν. **) ἴσ. αὐτῶν καί.
***) ἴσ. δεομένους. †) γρ. οἳ ἂν μή.
††) ἴσ. τῶν τοιούτων κακῶν.

eſt horum multitudo. Diverſa vero. Iamne ſcis hos ſine ullo metu eſſe nec timere famulos? Cur enim timeant? Nihil eſt, inqnam; at cauſam num intelligis? Vero, quia univerſa civitas unicuique auxiliatur privatorum. Praeclare, inquam, dicis. quid vero? ſi quis deorum virum unum, cui quinquaginta vel etiam plura ſint mancipia, ſublatum ex urbe cum uxore ac liberis collocaverit in ſolitudine cum ceteris opibus atque etiam cum ſervis, ubi nullus de liberis opem ei ſit laturus, in quali et quanto eum arbitraris metu fore ne et ipſe et liberi et uxor a ſervis interficiantur? In ſummo, inquit, equidem. Nonne cogetur aliquibus iam eorum adulari, multa polliceri et manumittere haud deſiderantes, ipſeque adulator ſervorum exſiſtet? Prorſus neceſſe eſt, inquit; aliter peribit. Quid vero, ſi alios quoque, inquam, deus circumcirca collocaverit vicinos ei multos, qui non permittant ut alter in alterum dominari velit, ſed, ſicubi talem deprehenderint, graviſſimum de eo ſupplicium ſumant? Etiam, inquit, ut arbitror, magis omni in miſeria verſabitur, circumcirca cuſtoditus et ſeptus ab omnibus inimicis. Nonne vero in eiusmodi carcerem incluſus eſt tyrannus, natura ita comparatus ut expoſuimus, multis omnisque generis timoribus et amoribus plenus? et quum ingenio ſit avido et curioſo, ſoli ex omnibus in urbe habitantibus neque proficiſci usquam licet neque ſpectare quorum reliqui quoque liberi ſunt cupidi, ſed abditus in domo plerumque ut mulier vivit, invidens etiam reliquis civibus, ſi quis peregre proficiſcitur et pulchri quid ſpectat. Prorſus quidem, inquit.

Nonne his malis plura percipit vir tyrannicus, qui male in ſemet ipſo conſtitutus, quem quidem tu modo miſerrimum iudicabas, non privatam degit vitam, ſed

βιῷ, ἀλλ' ἀναγκασθῇ ὑπό τινος τύχης τυραννεῦσαι καὶ ἑαυτοῦ ὢν ἀκράτωρ ἄλλων ἐπιχειρήσῃ ἄρχειν, ὥσπερ εἴ τις κάμνοντι σώματι καὶ ἀκράτορι ἑαυτοῦ μὴ ἰδιωτεύων, ἀλλ' ἀγωνιζόμενος * πρὸς ἄλλα σώματα καὶ μαχόμενος ἀναγκάζοιτο διάγειν τὸν βίον; Παντάπασιν, ἔφη, ὁμοιότατά τε καὶ ἀληθέστατα λέγεις, ὦ Σώκρατες. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Γλαύκων, παντελῶς τὸ πάθος ἄθλιον, καὶ τοῦ ὑπὸ σοῦ κριθέντος χαλεπώτατα ζῆν χαλεπώτερον ἔτι ζῇ ὁ τυραννῶν; Κομιδῇ γ', ἔφη. Ἔστιν ἄρα τῇ ἀληθείᾳ, κἂν εἰ μή τῳ δοκεῖ *), ὁ τῷ ὄντι τύραννος τῷ ὄντι δοῦλος τὰς μεγίστας **) θωπείας καὶ δουλείας καὶ κόλαξ * τῶν πονηροτάτων· καὶ τὰς ἐπιθυμίας οὐδ' ὁπωστιοῦν ἀποπιμπλάς, ἀλλὰ πλείστων ἐπιδεέστατος καὶ πένης τῇ ἀληθείᾳ φαίνεται, ἐάν τις ὅλην ψυχὴν ἐπίστηται θεάσασθαι, καὶ φόβου γέμων διὰ παντὸς τοῦ βίου σφαδασμῶν τε καὶ ὀδυνῶν πλήρης, εἴπερ τῇ τῆς πόλεως διαθέσει ἧς ἄρχει ἔοικεν· ἔοικε δέ· ἢ γάρ; Καὶ μάλα, ἔφη. * Οὐκοῦν καὶ πρὸς τούτοις ἔτι ἀποδώσομεν τῷ ἀνδρὶ καὶ ἃ τὸ πρότερον εἴπομεν, ὅτι ἀνάγκη καὶ εἶναι καὶ ἔτι μᾶλλον γίγνεσθαι αὐτῷ ἢ πρότερον διὰ τὴν ἀρχὴν φθονερῷ, ἀπίστῳ, ἀδίκῳ, ἀφίλῳ, ἀνοσίῳ καὶ πάσης κακίας πανδοκεῖ τε καὶ τροφεῖ, καὶ ἐξ ἁπάντων τούτων μάλιστα μὲν αὐτῷ δυστυχεῖ εἶναι, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς πλησίον αὐτῷ τοιούτους ἀπεργάζεσθαι; Οὐδείς σοι, ἔφη, τῶν νοῦν ἐχόντων ἀντερεῖ. Ἴθι δή μοι, ἔφην ἐγώ, νῦν ἤδη, ὥσπερ ὁ διὰ * πάντων κριτὴς ἀποφαίνεται, καὶ σὺ οὕτω, τίς πρῶτος κατὰ τὴν σὴν δόξαν εὐδαιμονίᾳ, τίς ***) δεύτερος, καὶ τοὺς ἄλλους ἑξῆς πέντε ὄντας κρῖναι, βασιλικόν, τιμοκρατικόν, ὀλιγαρχικόν, δημοκρατικόν, τυραννικόν. Ἀλλὰ ῥᾳδία, ἔφη, ἡ κρίσις· καθάπερ γὰρ εἰσῆλθον, ἔγωγε ὥσπερ χοροὺς κρίνω ἀρετῇ καὶ κακίᾳ καὶ εὐδαιμονίᾳ καὶ τῷ ἐναντίῳ. Μισθωσώμεθα οὖν κήρυκα, ἦν δ' ἐγώ, ἢ αὐτὸς ἀνείπω ὅτι ὁ Ἀρίστωνος υἱὸς τὸν ἄριστόν τε καὶ δικαιότατον * εὐδαιμονέστατον ἔκρινε,

*) γρ. δοκῇ. **) ἴσ. τῆς μεγίστης.

***) ἄλλ. καὶ τίς.

coactus eſt a caſu aliquo dominatum occupare et, licet ſui impotens ſit, aliis imperare conatur, veluti ſi quis aegrotante corpore ſuique impotente non privatam tranquillamque vitam degat, ſed certare cum aliis corporibus ac pugnare ſemper cogatur. Plane, inquit, ſimillima ac veriſſima dicis, Socrate. Nonne igitur, inquam, care Glauco, prorſus conditio eſt miſera et eo, quem tu iudicabas incommodiſſime vivere, etiam incommodius vivit qui tyrannus eſt? Admodum. Eſt ergo revera, etiamſi cui non ita videtur, verus tyrannus vere ſervus ſummae adulationis ac ſervitutis aſſentatorque improbiſſimorum; et cupiditates nullo modo explens, ſed plurimarum egentiſſimus et pauper revera reperitur, ſi quis ad univerſum eius animum explorandum valet, et timore plenus per totam vitam palpitationibus ac doloribus vexatur, ſiquidem civitatis ſtatui cui imperat ſimilis eſt; eſt vero ſimilis; nonne? Sane quidem, inquit. Nonne praeterea adhuc tribuemus viro quae antea memoravimus, neceſſario eum et eſſe et magis etiam fieri quam ante fuerit propter imperium invidum, perfidum, iniuſtum, inimicum, impium omnisque nequitiae cauponem et altorem, et propter haec omnia maxime quidem ipſum infelicem eſſe, deinde vero etiam propinquos tales reddere? Nemo tibi, inquit, de iis qui ſana mente ſunt repugnabit. Agedum mihi, inquam, ut iudex communis decernit, ita tu quoque, quis primus ſit ex tua ſententia ratione felicitatis, quis ſecundus, et reliquos deinceps quinque diiudica, regium, civitatis ſtudioſum in qua ambitioſi dominantur, paucorum dominatui faventem, popularis gubernationis amantem, tyrannicum. At facile, inquit, iudicium; ſicut enim ingrediuntur, ego tamquam choros eos iudico virtute et pravitate, felicitate et contrario. Mercede iam conducamus praeconem, inquam, an ipſe renunciem Ariſtonis filium optimum et iuſtiſſimum iudicaſſe beatiſſimum, hunc autem

τοῦτον δ' εἶναι τὸν βασιλικώτατον καὶ βασιλεύοντα αὑτοῦ, τὸν δὲ κάκιστόν τε καὶ ἀδικώτατον ἀθλιώτατον, τοῦτον δὲ αὖ τυγχάνειν ὄντα ὃς ἂν τυραννικώτατος ὢν ἑαυτοῦ τε ὅτι μάλιστα τυραννῇ καὶ τῆς πόλεως; Ἀνειρήσθω σοι, ἔφη. Ἦ οὖν προσαναγορεύω, εἶπον, ἐάν τε λανθάνωσι τοιοῦτοι ὄντες ἐάν τε μὴ πάντας ἀνθρώπους τε καὶ θεούς; Προσαναγόρευε, ἔφη.

Εἶεν δή, εἶπον, αὕτη μὲν ἡμῖν ἡ ἀπόδειξις μία ἂν εἴη· * δευτέραν δὲ δεῖ τήνδε, ἐάν τι δόξῃ, εἶναι. Τίς αὕτη; D Ἐπειδή, ὥσπερ πόλις, ἦν δ' ἐγώ, διῄρηται κατὰ τρία εἴδη, οὕτω καὶ ψυχὴ ἑνὸς ἑκάστου τριχῇ, δέξεται, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἑτέραν ἀπόδειξιν. Τίνα ταύτην; Τήνδε. τριῶν ὄντων τριτταὶ καὶ ἡδοναί μοι φαίνονται, ἑνὸς ἑκάστου μία ἰδία, ἐπιθυμίαι τε ὡσαύτως καὶ ἀρχαί. Πῶς λέγεις; ἔφη. Τὸ μέν, φαμέν, ἦν ᾧ μανθάνει ἄνθρωπος, τὸ δὲ ᾧ θυμοῦται, τὸ δὲ τρίτον διὰ πολυειδίαν ἑνὶ οὐκ ἔσχομεν ὀνόματι * προσ- E ειπεῖν ἰδίῳ αὐτοῦ, ἀλλὰ ὃ μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον εἶχεν ἐν αὑτῷ, τούτῳ ἐπωνομάσαμεν· ἐπιθυμητικὸν γὰρ αὐτὸ πεκλήκαμεν διὰ σφοδρότητα τῶν τε περὶ *) ἐδωδὴν ἐπιθυμιῶν καὶ πόσιν καὶ ἀφροδίσια καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἀκόλουθα, καὶ φιλοχρήματον δή, ὅτι διὰ χρημάτων μάλιστα ἀποτελοῦνται * αἱ τοιαῦται ἐπιθυμίαι. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη. Ἆρ' οὖν καὶ 581 τὴν ἡδονὴν αὐτοῦ καὶ φιλίαν εἰ φαῖμεν εἶναι τοῦ κέρδους, μάλιστ' ἂν εἰς ἓν κεφάλαιον ἀπερειδοίμεθα τῷ λόγῳ, ὥστε τι ἡμῖν αὐτοῖς δηλοῦν, ὁπότε τοῦτο τῆς ψυχῆς τὸ μέρος λέγοιμεν; καὶ καλοῦντες αὐτὸ φιλοχρήματον καὶ φιλοκερδὲς ὀρθῶς ἂν καλοῖμεν; Ἐμοὶ γοῦν **) δοκεῖ, ἔφη. Τί δέ; τὸ θυμοειδὲς οὐ πρὸς τὸ κρατεῖν μέντοι ***) φαμὲν καὶ νικᾶν καὶ εὐδοκιμεῖν ἀεὶ †) ὅλον ὁρμῆσθαι; * Καὶ μάλα. Εἰ οὖν φιλόνεικον B αὐτὸ καὶ φιλότιμον προσαγορεύοιμεν, ἢ ἐμμελῶς ἂν ἔχοι; Ἐμμελέστατα μὲν οὖν. Ἀλλὰ μὴν ᾧ γε μανθάνομεν, παντὶ δῆλον ὅτι πρὸς τὸ εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν ὅπῃ ἔχει πᾶν ἀεὶ τέταται ††),

---

*) ἄλλ. τῶν τὴν περί. **) γρ. Ἔμοιγ' οὖν.
***) γρ. μέν τι. †) γρ. δεῖ.
††) γρ. τέτακται.

esse maxime regium seque ipsum regentem, pessimum vero et iniustissimum esse miserrimum, et hunc esse eum qui, quum maxime tyrannicus esset, et se ipsum et civitatem tyrannide opprimeret? Renunciatum a te esto, inquit. Num addam praeconio, sive fugeret eos tales esse sive non fugeret omnes et homines et deos? Adde, inquit.

Iam haec quidem, inquam, una nobis erit demonstratio; secundam vero oportet hanc, si videatur, esse. Quaenam? Quoniam, quemadmodum civitas, inquam, divisa est in tres species, ita etiam animus uniuscuiusque tripertito, recipiet, ut mihi videtur, aliam quoque demonstrationem. Quamnam autem? Hanc. quum tres sint species, tres quoque voluptates mihi videntur esse, uniuscuiusque una propria, itemque cupiditates et imperia. Quomodo dicis? inquit. Una quidem, dicimus, erat ea qua cognoscit homo, altera qua irascitur, tertiam vero propter varietatem uno non habebamus nomine appellare ipsius proprio, at quod maximum ac validissimum in se habebat, ex eo nominabamus; ad cupiditates enim propensam eam dicebamus propter vehementiam cupiditatum cibi et potionis et rerum Venerearum et quaecumque aliae cum his coniunctae sunt, atque etiam pecuniae avidam, quia per pecuniam maxime explentur eiusmodi cupiditates. Ac recte quidem, inquit. Nonne etiam voluptatem et amorem lucri si eam dicamus esse, maxime in una summa nitatur oratio nostra, ita ut nobis ipsis aliquid declaremus, quum hanc animi partem memoremus? et appellantes eam pecuniae et lucri cupidam rectene appellabimus? Mihi certe videtur. Quid vero? iracundam animi partem nonne imperium dicimus et victoriam et laudem semper totam appetere? Sane quidem. Quocirca si contentionis eam et honoris cupidam dixerimus, rectene habuerit? Rectissime vero. At vero eam qua cognoscimus quilibet videt ad veritatem quomodo se habeat

καὶ χρημάτων τε καὶ δόξης ἥκιστα τούτων τούτῳ μέλει. Πολύ γε. Φιλομαθὲς δὴ καὶ φιλόσοφον καλοῦντες αὐτὸ κατὰ τρόπον ἂν καλοῖμεν. Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἄρχει ἐν ταῖς ψυχαῖς * τῶν μὲν τοῦτο, τῶν δὲ τὸ ἕτε- C
ρον ἐκείνων, ὁπότερον ἂν τύχῃ; Οὕτως, ἔφη. Διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἀνθρώπων λέγομεν τὰ πρῶτα τριττὰ γένη εἶναι, φιλόσοφον, φιλόνεικον, φιλοκερδές. Κομιδῇ γε. Καὶ ἡδονῶν δὴ τρία εἴδη, ὑποκείμενον ἓν ἑκάστῳ τούτων. Πάνυ γε. Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι, εἰ ἐθέλοις τρεῖς τοιούτους ἀνθρώπους ἐν μέρει ἕκαστον ἀνερωτᾶν τίς τούτων τῶν βίων ἥδιστος, τὸν ἑαυτοῦ ἕκαστος μάλιστα ἐγκωμιάσεται; ὅ τε χρηματιστικὸς πρὸς * τὸ κερδαίνειν τὴν τοῦ τιμᾶσθαι ἡδονὴν D
ἢ τὴν τοῦ μανθάνειν οὐδενὸς ἀξίαν φήσει εἶναι, εἰ μὴ εἴ τι *) αὐτῶν ἀργύριον ποιεῖ; Ἀληθῆ, ἔφη. Τί δὲ ὁ φιλότιμος; ἦν δ' ἐγώ· οὐ τὴν μὲν ἀπὸ τῶν χρημάτων ἡδονὴν φορτικήν τινα ἡγεῖται, καὶ αὖ τὴν ἀπὸ τοῦ μανθάνειν, ὅ τι μὴ μάθημα τιμὴν φέρει, καπνὸν δὴ **) καὶ φλυαρίαν; Οὕτως, ἔφη, ἔχει. Τὸν δὲ φιλόσοφον, ἦν δ' ἐγώ, ποιώμεθα τὰς ἄλλας ἡδονὰς νομίζειν οὐδὲν πρὸς τὴν τοῦ εἰδέναι * τἀληθὲς ὅπῃ ἔχει, καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ τινὶ ἀεὶ εἶναι μαν- E
θάνοντα, τῆς ἡδονῆς οὐ πάνυ πόῤῥω, τὰς δ' ἄλλας καλεῖν τῷ ὄντι ἀναγκαίας, ὡς οὐδὲν τῶν ἄλλων δεόμενον, εἰ μὴ ἀνάγκη ἦν. Εὖ, ἔφη, δεῖ εἰδέναι. Ὅτε δὴ οὖν, εἶπον, ἀμφισβητοῦνται ἑκάστου τοῦ εἴδους αἱ ἡδοναὶ καὶ αὐτὸς ὁ βίος, μὴ ὅτι πρὸς τὸ κάλλιον καὶ αἴσχιον ζῆν μηδὲ τὸ χεῖρον καὶ ἄμεινον, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ τὸ ἥδιον καὶ ἀλυπότερον, * πῶς ἂν εἰδεῖμεν τίς αὐτῶν ἀληθέστατα λέγει; Οὐ πάνυ, ἔφη, 582
ἔγωγε ἔχω εἰπεῖν. Ἀλλ' ὧδε σκόπει· τίνι χρὴ κρίνεσθαι τὰ μέλλοντα καλῶς κριθήσεσθαι; ἆρ' οὐκ ἐμπειρίᾳ τε καὶ φρονήσει καὶ λόγῳ; ἢ τούτων ἔχοι ἄν τις βέλτιον κριτήριον; Καὶ

---

*) γρ. εἴ τις.

**) ἴσ. καπνόν τι.

perſpiciendam omnem ſemper tendere, minimamq u ein pecunia et gloria curam ponere. Minimam vero. Doctrinarum igitur et ſapientiae ſtudioſam eam appellantes rite appellabimus. Quidni? Nonne, inquam, etiam dominatur in aliorum hominum animis haec, in aliorum illa pars, utricumque id obtingit? Ita, inquit. Hanc igitur ob cauſam etiam hominum dicimus prima haec tria genera eſſe, philoſophum, contentionis appetens, lucri cupidum. Sane quidem. Atque etiam voluptatum tres ſpecies, ſubiectam unam cuique illorum. Admodum. Iam ſcin', inquam, ſi volueris trium horum hominum quemque pro ſe interrogare, quaenam harum vitarum ſit iucundiſſima, ſuam quemque maxime eſſe celebraturum? et quaeſtui quidem deditum honoris vel diſcendi voluptatem cum lucri faciendi voluptate collatam pro nihilo habendam eſſe dicturum, niſi ſi quid eorum pecuniam faciat? Vere, inquit. Quid vero honoris cupidus? inquam; nonne voluptatem e pecunia percipiendam abiectam quandam exiſtimat, atque etiam diſcendi voluptatem, niſi diſciplina honorem afferat, pro fumo et nugis habet? Ita, inquit, eſt. Philoſophum autem, inquam, ſumamus reliquas voluptates pro nihilo putare collatas cum voluptate veritatis quomodo ſe habeat cognoſcendae, et id ſemper agere ut diſcat, a voluptate non ſane longe remotum, ceteras vero nominare vere neceſſarias, quippe qui reliquarum non indigeat, niſi neceſſitate cogatur. Probe, inquit, cognoſci id oportet. Iam ſi, inquam, in controverſiam vocentur cuiusque generis voluptates ipſaque vita, non ad honeſtiorem vel turpiorem, neque ad deteriorem vel meliorem vitam, ſed ad ipſam iucundiorem magisque dolore vacuam, quomodo ſciamus quinam eorum veriſſima dicat? Non ſane, inquit, equidem habeo dicere. Ita igitur conſidera. quonam oportet iudicari quae recte ſunt iudicanda? nonne peritia et prudentia et disputatione? an habere quis poterit his me-

πῶς ἄν; ἔφη. Σκόπει δή· τριῶν ὄντων τῶν ἀνδρῶν τίς ἐμπειρότατος πασῶν ὧν εἴπομεν ἡδονῶν; πότερον ὁ φιλοκερδής, μανθάνων αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν οἷόν ἐστιν, ἐμπειρότερος δοκεῖ σοι εἶναι τῆς ἀπὸ τοῦ * εἰδέναι ἡδονῆς, ἢ ὁ B φιλόσοφος τῆς ἀπὸ τοῦ κερδαίνειν; Πολύ, ἔφη, διαφέρει· τῷ μὲν γὰρ ἀνάγκη γεύεσθαι τῶν ἑτέρων ἐκ παιδὸς ἀρξαμένῳ, τῷ δὲ φιλοκερδεῖ, ὅπῃ πέφυκε τὰ ὄντα μανθάνοντι, τῆς ἡδονῆς ταύτης, ὡς γλυκείά ἐστιν, οὐκ ἀνάγκη γεύεσθαι οὐδ' ἐμπείρῳ γίγνεσθαι, μᾶλλον δὲ καὶ προθυμουμένῳ οὐ ῥᾴδιον. Πολὺ ἄρ', ἦν δ' ἐγώ, διαφέρει τοῦ γε φιλοκερδοῦς ὁ φιλόσοφος ἐμπειρίᾳ ἀμφοτέρων τῶν ἡδονῶν. Πολὺ * μέντοι. Τί δὲ τοῦ φιλοτίμου; ἆρα μᾶλλον ἄπειρός ἐστι C τῆς ἀπὸ τοῦ τιμᾶσθαι ἡδονῆς ἢ ἐκεῖνος τῆς ἀπὸ τοῦ φρονεῖν; Ἀλλὰ τιμή *), ἔφη, ἐάνπερ ἐξεργάζωνται ἐπὶ ὃ ἕκαστος ὥρμηκε, πᾶσιν αὐτοῖς ἕπεται· καὶ γὰρ ὁ πλούσιος ὑπὸ πολλῶν τιμᾶται καὶ ὁ ἀνδρεῖος καὶ ὁ σοφός· ὥστε ἀπό γε τοῦ τιμᾶσθαι, οἷόν ἐστι, πάντες τῆς ἡδονῆς ἔμπειροι· τῆς δὲ τοῦ ὄντος θέας, οἵαν ἡδονὴν ἔχει, ἀδύνατον ἄλλῳ γεγεῦσθαι, πλὴν τῷ φιλοσόφῳ. Ἐμπειρίας * μὲν ἄρα, εἶπον, ἕνεκα D κάλλιστα τῶν ἀνδρῶν κρίνει οὗτος. Πολύ γε. Καὶ μὴν μετά γε φρονήσεως μόνος ἔμπειρος γεγονὼς ἔσται. Τί μήν; Ἀλλὰ μὴν καὶ δι' οὗ γε δεῖ ὀργάνου κρίνεσθαι, οὐ τοῦ φιλοκερδοῦς τοῦτο ὄργανον οὐδὲ τοῦ φιλοτίμου, ἀλλὰ τοῦ φιλοσόφου. Τὸ ποῖον; Διὰ λόγων που ἔφαμεν δεῖν κρίνεσθαι· ἦ γάρ; Ναί. Λόγοι δὲ τούτου μάλιστα ὄργανον. Πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν εἰ μὲν πλούτῳ καὶ κέρδει ἄριστα ἐκρίνετο τὰ κρινόμενα, ἃ ἐπῄνει * ὁ φιλοκερδὴς καὶ ἔψεγεν, E ἀνάγκη ἂν ἦν ταῦτα ἀληθέστατα εἶναι; Πολλή γε. Εἰ δὲ τιμῇ τε καὶ νίκῃ καὶ ἀνδρείᾳ, ἆρ' οὐχ ἃ ὁ φιλότιμός τε καὶ ὁ φιλόνεικος; Δῆλον. Ἐπειδὴ δ' ἐμπειρίᾳ καὶ φρονήσει καὶ λόγῳ; Ἀνάγκη, ἔφη, ἃ ὁ φιλόσοφός τε καὶ ὁ φιλολόγος ἐπαινεῖ, ἀληθέστατα εἶναι. Τριῶν ἄρα οὐσῶν τῶν * ἡδο- 583
νῶν ἡ τούτου τοῦ μέρους τῆς ψυχῆς ᾧ μανθάνομεν ἡδίστη

*) ἄλλ. Ἀλλὰ τιμὴ μέν.

lius ad iudicandum inſtrumentum? Qui autem? inquit. Vide igitur: trium illorum qui ſunt virorum quis peritiſſimus eſt omnium quas diximus voluptatum? utrum lucri cupidus percipiens qualis ſit ipſa veritas peritior tibi videtur eſſe voluptatis e cognitione proficiſcentis, quam philoſophus eius quae e lucro faciendo manat? Multum, inquit, differt; hic enim alteras a pueritia guſtaverit neceſſe eſt, lucri vero cupidum, ſi quomodo ſe habeant ea quae ſunt cognoverit, hanc voluptatem quam ſuavis ſit haud neceſſe eſt guſtare nec experiri, immo etiamſi annititur, haud facile eſt. Longe igitur, inquam, lucri cupido philoſophus praeſtat utriusque voluptatis peritia. Longe vero. Quid vero honoris appetenti? num magis imperitus eſt voluptatis ex honore manantis quam ille eius quae e cognitione gignitur? At vero honor, inquit, omnes ſequitur, qui quod appetiverant nacti ſunt; etenim dives a multis honoratur et fortis et ſapiens: ut voluptatis quam honor gignit omnes ſint periti; qualis autem voluptas ſit eius quod vere eſt ſpectandi nemo poteſt guſtare niſi philoſophus. Peritiae igitur cauſa, inquam, optime e viris hic iudicat. Sane quidem. Atque etiam iuvante prudentia ſolus erit peritus. Quidni? Illud porro inſtrumentum quo iudicandum eſt, neque lucri cupidi neque honoris ſtudioſi eſt, ſed philoſophi. Quale? Disputatione videlicet diximus iudicandum eſſe; nonne? Ita. Disputatio vero huius maxime eſt inſtrumentum. Quidni? Nonne ſi divitiis et lucro optime iudicarentur iudicanda, ea quae laudaret lucri cupidus aut vituperaret, neceſſario eſſent veriſſima? Sane quidem. Sin autem honore et victoria et fortitudine, nonne ea quae honoris cupidus contentionisque amans? Patet. Quoniam vero peritia et prudentia et disputatione? Fieri non poteſt, inquit, quin quae philoſophus et disputationum amans laudent veriſſima ſint. Trium ergo quae ſunt voluptatum iucundiſſima erit ea quam percipit

ἂν εἴη, καὶ ἐν ᾧ ἡμῶν τοῦτο ἄρχει, ὁ τούτου βίος ἥδιστος. Πῶς δ' οὐ μέλλει; ἔφη· κύριος γοῦν ἐπαινέτης ὢν ἐπαινεῖ τὸν ἑαυτοῦ βίον ὁ φρόνιμος. Τίνα δὲ δεύτερον, εἶπον, βίον καὶ τίνα δευτέραν ἡδονήν φησιν ὁ κριτὴς εἶναι; δῆλον *) ὅτι τὴν τοῦ πολεμικοῦ τε καὶ φιλοτίμου (ἐγγυτέρω γὰρ αὐτοῦ ἐστὶν ἢ ἡ τοῦ χρηματιστοῦ), ὑστάτην δὲ τὴν τοῦ φιλοκερδοῦς, ὡς ἔοικεν; Τί μήν; ἦ δ' ὅς.

Ταῦτα μὲν * τοίνυν οὕτω δύ' ἐφεξῆς ἂν εἴη καὶ δὶς B
νενικηκὼς ὁ δίκαιος τὸν ἄδικον, τὸ δὲ τρίτον ὀλυμπικῶς τῷ σωτῆρί τε καὶ τῷ Ὀλυμπίῳ Διί, ἄθρει ὅτι οὐδὲ παναληθής ἐστιν ἡ τῶν ἄλλων ἡδονὴ πλὴν τῆς τοῦ φρονίμου, οὐδὲ καθαρά, ἀλλ' ἐσκιαγραφημένη τις, ὡς ἐγὼ δοκῶ μοι τῶν σοφῶν τινὸς ἀκηκοέναι· καίτοι τοῦτ' ἂν εἴη μέγιστόν τε καὶ κυριώτατον τῶν πτωμάτων. Πολύ γε· ἀλλὰ πῶς λέγεις; Ὧδ', εἶπον, ἐξευρήσω, σοῦ ἀποκρινομένου ζητῶν * ἅμα. Ἐρώτα δή, C
ἔφη. Λέγε δή, ἦν δ' ἐγώ· οὐκ ἐναντίον φαμὲν λύπην ἡδονῇ; Καὶ μάλα. Οὐκοῦν καὶ τὸ μήτε χαίρειν μήτε λυπεῖσθαι εἶναί τι; Εἶναι μέντοι. Μεταξὺ τούτοιν ἀμφοῖν ἐν μέσῳ ὂν ἡσυχίαν τινὰ περὶ ταῦτα τῆς ψυχῆς; ἢ οὐχ οὕτως αὐτὸ λέγεις; Οὕτως, ἦ δ' ὅς. Ἆρα οὐ μνημονεύεις, ἦν δ' ἐγώ, τοὺς τῶν καμνόντων λόγους, οὓς λέγουσιν ὅταν κάμνωσιν; Ποίους; Ὡς οὐδὲν ἄρα ἐστὶν ἥδιον τοῦ ὑγιαίνειν, ἀλλὰ σφᾶς * ἐλελήθει, πρὶν κάμνειν, ἥδιστον ὄν. Μέμνημαι, ἔφη. D
Οὐκοῦν καὶ τῶν περιωδυνίᾳ τινὶ ἐχομένων ἀκούεις λεγόντων ὡς οὐδὲν ἥδιον τοῦ παύσασθαι ὀδυνώμενον; Ἀκούω. Καὶ ἐν ἄλλοις γε, οἶμαι, πολλοῖς τοιούτοις αἰσθάνει γιγνομένους τοὺς ἀνθρώπους, ἐν οἷς ὅταν λυπῶνται, τὸ μὴ λυπεῖσθαι καὶ τὴν ἡσυχίαν τοῦ τοιούτου ἐγκωμιάζουσιν ὡς ἥδιστον, οὐ τὸ χαίρειν. Τοῦτο γάρ, ἔφη, τότε ἡδὺ ἴσως καὶ ἀγαπητὸν γίγνεται, ἡσυχία. Καὶ ὅταν παύσηται * ἄρα, εἶπον, χαί- E
ρων τις, ἡ τῆς ἡδονῆς ἡσυχία λυπηρὸν ἔσται. Ἴσως, ἔφη. Ὃ μεταξὺ ἄρα νῦν δὴ ἀμφοτέρων ἔφαμεν εἶναι, τὴν ἡσυ-

*) ἄλλ. Δῆλον. ἴσ. εἶναι; ἢ δῆλον.

animi pars qua cognoſcimus, et in quo de nobis haec dominatur, eius vita erit iucundiſſima. Quidni? inquit; ratus certe laudator ſuam celebrat vitam prudens. Quamnam vero ſecundam, inquam, vitam et quam ſecundam voluptatem dicit iudex eſſe? an patet bellicoſi honorisque cupidi vitam (propius enim ab ea abeſt quam quaeſtus faciendi ſtudioſi vita), ultimam vero lucri cupidi vitam, ut videtur? Quidni? inquit.

Haec igitur duo deinceps ſe excipient et bis vincet iuſtus iniuſtum, tertium vero ac poſtremum reputa hoc, quod nec omnino vera eſt ceterorum voluptas collata cum ſapientis voluptate, neque pura, ſed ſpeciem tantum veri gerens, ut ego mihi videor ex aliquo de ſapientibus audiviſſe; quamquam hic eſſet maximus graviſſimusque caſuum. Sane quidem; at quomodo dicis? Ita, inquam, inveniam, ut, dum tu reſpondebis, quaeram. Interroga dum, inquit. Dic ſane, inquam: nonne contrarium dicimus eſſe dolorem voluptatis? Vero. Nonne etiam ſtatum quendam eſſe in quo neque gaudeamus neque doleamus? Eſſe vero. Eumque, quum inter haec ambo interiectus ſit, tranquillitatem eſſe animi et vacationem ab illis? annon ita eum appellas? Ita, inquit. Nonne vero recordaris, inquam, ea quae aegrotantes dicere ſolent quum aegrotant? Quaenam? Nihil eſſe ſuavius ſanitate, at, antequam aegrotarent, fugiſſe ipſos hoc eſſe iucundiſſimum. Recordor, inquit. Nonne eos qui gravi quodam dolore cruciantur audis dicentes nihil iucundius eſſe quam dolore liberari? Audio. Et in aliis quoque, ni fallor, multis huiusmodi caſibus animadvertis homines, quum dolore angantur, vacationem a dolore huiusque quietem celebrare ut iucundiſſimam, non gaudium. Quies enim, inquit, tum profecto iucunda et exoptata accidit. Et quando aliquis, inquam, gaudere deſinit, voluptatis quies acerba erit. Sine dubio, inquit. Quod igitur inter utrumque modo diximus interiectum eſſe, quies, id quandoque

χίαν, τοῦτό ποτε ἀμφότερα ἔσται, λύπη τε καὶ ἡδονή. Ἔοικεν. Ἦ καὶ δυνατον τὸ μηδέτερα ὂν ἀμφότερα γίγνεσθαι; Οὔ μοι δοκεῖ. Καὶ μὴν τό γε ἡδὺ ἐν ψυχῇ γιγνόμενον καὶ τὸ λυπηρὸν κίνησίς τις ἀμφοτέρω ἐστόν· ἢ οὔ; Ναί. * Τὸ δὲ 584
μήτε λυπηρὸν μήτε ἡδὺ οὐχὶ ἡσυχία μέντοι καὶ ἐν μέσῳ τούτοιν ἐφάνη ἄρτι; Ἐφάνη γάρ. Πῶς οὖν ὀρθῶς ἐστὶ τὸ μὴ ἀλγεῖν ἡδὺ ἡγεῖσθαι ἢ τὸ μὴ χαίρειν ἀνιαρόν; Οὐδαμῶς. Οὐκ ἔστιν ἄρα τοῦτο, ἀλλὰ φαίνεται, ἦν δ' ἐγώ, παρὰ τὸ ἀλγεινὸν ἡδὺ καὶ παρὰ τὸ ἡδὺ ἀλγεινὸν τότε ἡ ἡσυχία, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς τούτων τῶν φαντασμάτων πρὸς ἡδονῆς ἀλήθειαν, ἀλλὰ γοητεία τις. Ὡς γοῦν ὁ λόγος, ἔφη, σημαίνει. Ἰδὲ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, * ἡδονὰς αἳ οὐκ ἐκ λυπῶν εἰσιν, B
ἵνα μὴ πολλάκις οἰηθῇς ἐν τῷ παρόντι οὕτω τούτῳ πεφυκέναι, ἡδονὴν μὲν παῦλαν λύπης εἶναι, λύπην δὲ ἡδονῆς. Ποῦ δή, ἔφη, καὶ ποίας λέγεις; Πολλαὶ μέν, εἶπον, καὶ ἄλλαι, μάλιστα δ' εἰ ἐθέλεις *) ἐννοῆσαι τὰς περὶ τὰς ὀσμὰς ἡδονάς· αὗται γὰρ οὐ προλυπηθέντι ἐξαίφνης ἀμήχανοι τὸ μέγεθος γίγνονται, παυσάμεναί τε λύπην οὐδεμίαν καταλείπουσιν. Ἀληθέστατα, ἔφη. Μὴ ἄρα πειθώμεθα * καθαρὰν C
ἡδονὴν εἶναι τὴν λύπης ἀπαλλαγήν, μηδὲ λύπην τὴν ἡδονῆς. Μὴ γάρ. Ἀλλὰ μέντοι, εἶπον, αἵ γε διὰ τοῦ σώματος ἐπὶ τὴν ψυχὴν τείνουσαι καὶ λεγόμεναι ἡδοναί, σχεδὸν αἱ πλεῖσταί τε καὶ μέγισταί, τούτου τοῦ εἴδους εἰσί, λυπῶν τινὲς ἀπαλλαγαί. Εἰσὶ γάρ. Οὐκοῦν καὶ αἱ περὶ μελλόντων τούτων ἐκ προσδοκίας γιγνόμεναι προαισθήσεις **) τε καὶ προλυπήσεις κατὰ ταὐτὰ ἔχουσιν; Κατὰ ταὐτά. Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, οἷαί εἰσι * καὶ ᾧ μάλιστα ἐοίκασιν; Τῷ; ἔφη. D
Νομίζεις τι, εἶπον, ἐν τῇ φύσει εἶναι τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω, τὸ δὲ μέσον; Ἔγωγε. Οἴει οὖν ἄν τινα ἐκ τοῦ κάτω φερόμενον πρὸς μέσον ***) ἄλλο τι οἴεσθαι ἢ ἄνω φέρεσθαι; καὶ ἐν μέσῳ στάντα, ἀφορῶντα ὅθεν ἐνήνεκται, ἄλλοθί που ἂν ἡγεῖσθαι εἶναι ἢ ἐν τῷ ἄνω, μὴ ἑωρακότα τὸ ἀληθῶς

---

*) γρ. θέλεις.
**) ἄλλ. προησθήσεις.
***) γρ. πρὸς τὸ μέσον.

utrumque erit, dolor et voluptas. Patet. Num autem fieri poteſt ut quod neutrum eſt id utrumque exſiſtat? Non mihi videtur. Iam vero voluptas in animo exſiſtens et dolor motiones quaedam ſunt; nonne? Ita. Status vero in quo neque dolemus neque gaudemus nonne quies et medius quidam inter illa modo repertus eſt? Eſt vero. Quomodo igitur rectum eſt vacationem a dolore ſuavem exiſtimare vel gaudii defectionem acerbam? Nullo modo. Non eſt igitur hoc, ſed videtur, inquam, ad acerbum iucunda et ad iucundum acerba tum quies, nihilque horum viſorum ſincerum eſt ad voluptatis veritatem, ſed praeſtigiae quaedam. Ut certe oratio, inquit, declarat. Vide iam, inquam, voluptates quae non e doloribus gignuntur, ut ne forte putes nunc ita comparatum eſſe, ut voluptas quidem intercapedo doloris ſit, dolor vero voluptatis. Quorſum, inquit, et quas dicis? Multae quidem, inquam, aliae, maxime vero ſi vis conſiderare voluptates odorum; hae enim nullo dolore praegreſſo mirum quam magnae accidunt, nec quum deſiverunt ullum dolorem relinquunt. Veriſſime, inquit. Ne igitur credamus puram voluptatem eſſe vacationem a dolore, nec dolorem intercapedinem voluptatis. Minime vero. At enim, inquam, illae per corpus ad animum pertinentes voluptates ita dictae, plurimae fere et maximae, huius ſunt generis, liberationes quaedam et vacuitates dolorum. Sunt vero. Nonne etiam praecepta illa de rebus futuris gaudia et aegritudines quas exſpectatio gignit eodem ſe modo habent? Eodem modo. Scin' igitur, inquam, qualia ſint et cui maxime ſimilia? Cuinam? inquit. Statuisne, inquam, in natura unum eſſe ſuperum, alterum inferum, tertium medium? Ego ſane. Putasne igitur, ſi quis e loco inferiore feratur in medium, aliud quid eum putaturum eſſe niſi ſurſum ſe ferri? et ſi in medio ſtet reſpiciatque unde latus fuerit, alio eum in loco exiſtimaturum eſſe ſe verſari quam in ſupero, quippe qui nondum viderit

ἄνω; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε, ἔφη, ἄλλως οἶμαι οἰηθῆναι ἂν τὸν τοιοῦτον. Ἀλλ' εἰ πάλιν γ', ἔφην, φέροιτο * κάτω, κάτω *) τ' ἂν οἴοιτο φέρεσθαι καὶ ἀληθῆ οἴοιτο; Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν ταῦτα πάσχοι ἂν πάντα διὰ τὸ μὴ ἔμπειρος εἶναι τοῦ ἀληθινῶς ἄνω τε ὄντος καὶ ἐν μέσῳ καὶ κάτω; Δῆλον δή. Θαυμάζοις ἂν οὖν εἰ καὶ ἄπειροι ἀληθείας περὶ πολλῶν τε ἄλλων μὴ ὑγιεῖς δόξας ἔχουσι, πρός τε ἡδονὴν καὶ λύπην καὶ τὸ μεταξὺ τούτων οὕτω διάκεινται, ὥστε, ὅταν μὲν ἐπὶ τὸ λυπηρὸν φέρωνται, ἀληθῆ τε * οἴονται καὶ τῷ ὄντι λυποῦνται, ὅταν δὲ ἀπὸ λύπης ἐπὶ τὸ μεταξύ, σφόδρα μὲν οἴονται πρὸς πληρώσει τε καὶ ἡδονῇ γίγνεσθαι, ὥσπερ δὲ **) πρὸς μέλαν φαιὸν ἀποσκοποῦντες ἀπειρίᾳ λευκοῦ, καὶ πρὸς τὸ ἄλυπον οὕτω λύπην ἀφορῶντες ἀπειρίᾳ ἡδονῆς ἀπατῶνται; Μὰ Δί', ἦ δ' ὅς, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον εἰ μὴ οὕτως ἔχοι. Ὧδε γοῦν, εἶπον, ἐνόει· οὐχὶ πεῖνα καὶ δίψα καὶ τὰ τοιαῦτα ***) κενώσεις τινές εἰσι τῆς περὶ * τὸ σῶμα ἕξεως; Τί μήν; Ἄγνοια δὲ καὶ ἀφροσύνη ἆρ' οὐ κενότης ἐστὶ τῆς περὶ ψυχὴν αὖ ἕξεως; Μαλα γε. Οὐκοῦν πληροῖτ' ἂν ὅ τε τροφῆς μεταλαμβάνων καὶ ὁ νοῦν ἴσχων; Πῶς δ' οὔ; Πλήρωσις δὲ ἀληθεστέρα τοῦ ἧττον ἢ τοῦ μᾶλλον ὄντος; Δῆλον ὅτι τοῦ μᾶλλον. Πότερα οὖν ἡγεῖ τὰ γένη μᾶλλον καθαρᾶς οὐσίας μετέχειν, τὰ οἷον σίτου τε καὶ ποτοῦ καὶ ὄψου καὶ ξυμπάσης τροφῆς, ἢ τὸ δόξης τε ἀληθοῦς εἶδος καὶ ἐπιστήμης καὶ νοῦ * καὶ ξυλλήβδην ἁπάσης ἀρετῆς; ὧδε δὲ κρῖνε· τὸ τοῦ ἀεὶ ὁμοίου ἐχόμενον καὶ ἀθανάτου καὶ ἀληθείας, καὶ αὐτὸ τοιοῦτον ὂν καὶ ἐν τοιούτῳ γιγνόμενον, μᾶλλον εἶναί σοι δοκεῖ, ἢ τὸ †) μηδέποτε ὁμοίου καὶ θνητοῦ, καὶ αὐτὸ τοιοῦτον καὶ ἐν τοιούτῳ γιγνόμενον; Πολύ, ἔφη, διαφέρει τὸ τοῦ ἀεὶ ὁμοίου. Ἡ οὖν ἀεὶ ὁμοίου οὐσία οὐσίας τι μᾶλλον ἢ ἐπιστήμης μετέχει; Οὐδαμῶς. Τί δ', ἀληθείας; Οὐδὲ τοῦτο. Εἰ δὲ

E

585

B

C

*) ἄλλ. φέροιτο, κάτω τ'.
**) γρ. ὥσπερ.
***) ἄλλ. καὶ τοιαῦτα.
†) ἴσ. τὸ τοῦ.

vere ſuperum? Haudquaquam hercle, inquit, aliter opinor hunc eſſe opinaturum. At rurſus, inquam, ſi feratur deorſum, deorſum opinaturum eſſe ſe ferri et recte opinaturum? Quidni? Nonne haec ei accidant omnia propterea quod imperitus ſit loci vere ſuperi et medii et inferi? Patet vero. Admireris igitur ſi etiam imperiti veritatis quum de multis aliis falſas opiniones habeant, tum etiam de voluptate et dolore et eo quod inter utrumque interiectum eſt ita ſentiant ut, quum ad acerbum ferantur, vere opinentur et reapſe doleant, quum vero a dolore ad medium, admodum quidem exiſtiment ad expletionem et voluptatem ſe perveniſſe, ſed, quemadmodum qui iuxta nigrum colorem fuſcum ſpectent imperiti albi, ita etiam iuxta doloris vacuitatem dolorem ſpectantes propter voluptatis imperitiam decipiantur? Haudquaquam hercle, inquit, admirer, ſed multo magis ſi non ita ſe habeat. Ita certe, inquam, conſidera: nonne fames et ſitis et alia eiusdem generis exhauſti ſunt corporis habitus? Quidni? Inſcitia vero et inſipientia nonne exhauſti ſunt animi habitus? Sane quidem. Nonne expletur tam qui nutrimentum accipit quam qui intelligentiam asſequitur? Quidni? Repletio autem num verior eſt per id quod minus an per id quod magis eſt? Patet per id quod magis eſt. Utra iam genera magis cenſes puram habere naturam, cibum, potum, opſonium univerſumque nutrimentum, an opinionis verae ſpeciem et ſcientiae et intelligentiae et omnino univerſae virtutis? ſic vero iudica: utrum id quod cum ſemper ſimili coniunctum eſt et cum immortali et veritate, ipſumque tale eſt et in tali exſiſtit, magis eſſe tibi videtur, an id quod cum natura numquam ſimili et mortali coniunctum ipſumque tale eſt et in tali exſiſtit? Longe, inquit, praeſtat id quod cum natura ſemper ſimili coniunctum eſt. Naturae igitur ſemper ſimilis eſſentia num magis eſſentiae particeps eſt quam ſcientiae? Minime vero. Quid, quam veritatis? Ne hoc

ἀληθείας ἧττον, οὐ καὶ οὐσίας; Ἀνάγκη. Οὐκοῦν * ὅλως D
τὰ περὶ τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν γένη τῶν γενῶν αὖ τῶν
περὶ τὴν τῆς ψυχῆς θεραπείαν ἧττον ἀληθείας τε καὶ οὐ-
σίας μετέχει; Πολύ γε. Σῶμα δὲ αὐτὸ ψυχῆς οὐκ οἴει οὕ-
τως; Ἔγωγε. Οὐκοῦν τὸ τῶν μᾶλλον ὄντων πληρούμενον καὶ
αὐτὸ μᾶλλον ὂν ὄντως μᾶλλον πληροῦται, ἢ τὸ τῶν ἧττον
ὄντων καὶ αὐτὸ ἧττον ὄν; Πῶς γὰρ οὔ; Εἰ ἄρα τὸ πλη-
ροῦσθαι τῶν φύσει προσηκόντων ἡδύ ἐστι, τὸ τῷ ὄντι καὶ
τῶν μᾶλλον ὄντων *) πληρούμενον μᾶλλον * ὄντως τε καὶ E
ἀληθεστέρως χαίρειν ἂν ποιοῖ ἡδονῇ ἀληθεῖ, τὸ δὲ τῶν ἧτ-
τον ὄντων μεταλαμβάνον ἧττόν τε ἂν ἀληθῶς καὶ βεβαίως
πληροῖτο καὶ ἀπιστοτέρας ἂν ἡδονῆς καὶ ἧττον ἀληθοῦς
μεταλαμβάνοι. Ἀναγκαιότατα, ἔφη. Οἱ ἄρα φρονήσεως καὶ
ἀρετῆς ἄπειροι, εὐωχίαις * δὲ καὶ τοῖς τοιούτοις ἀεὶ ξυνόν- 586
τες, κάτω, ὡς ἔοικε, καὶ μέχρι πάλιν πρὸς τὸ μεταξὺ φέ-
ρονταί τε καὶ ταύτῃ πλανῶνται διὰ βίου, ὑπερβάντες δὲ
τοῦτο πρὸς τὸ ἀληθῶς ἄνω οὔτε ἀνέβλεψαν πώποτε οὔτε
ἠνέχθησαν, οὐδὲ τοῦ ὄντος τῷ ὄντι ἐπληρώθησαν, οὐδὲ βε-
βαίου τε καὶ καθαρᾶς ἡδονῆς ἐγεύσαντο, ἀλλὰ βοσκημάτων
δίκην κάτω ἀεὶ βλέποντες καὶ κεκυφότες εἰς γῆν καὶ εἰς
τραπέζας βόσκονται χορταζόμενοι καὶ ὀχεύοντες, καὶ ἕνεκα
* τῆς τούτων πλεονεξίας λακτίζοντες καὶ κυρίττοντες ἀλλή- B
λους σιδηροῖς κέρασί τε καὶ ὁπλαῖς ἀποκτιννύασι δι' ἀπλη-
στίαν, ἅτε οὐχὶ τοῖς οὖσιν οὐδὲ τὸ ὂν οὐδὲ τὸ στέγον ἑαυ-
τῶν πιμπλάντες. Παντελῶς, ἔφη ὁ Γλαύκων, τὸν τῶν
πολλῶν, ὦ Σώκρατες, χρησμῳδεῖς βίον. Ἆρ' οὖν οὐκ
ἀνάγκη καὶ ἡδοναῖς ξυνεῖναι μεμιγμέναις λύπαις, εἰδώλοις
τῆς ἀληθοῦς ἡδονῆς καὶ ἐσκιαγραφημέναις, ὑπὸ τῆς παρ'
ἀλλήλας θέσεως ἀποχραινομέναις, * ὥστε σφοδρὰς ἑκατέρας C
φαίνεσθαι καὶ ἔρωτας ἑαυτῶν λυττῶντας τοῖς ἄφροσιν ἐν-
τίκτειν καὶ περιμαχήτους εἶναι, ὥσπερ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδω-

---

*) ἄλλ. τῶν ὄντων.

quidem. Si minus veritatis eſt particeps, nonne etiam eſſentiae minus eſt particeps? Neceſſario. Nonne in univerſum genera ad corporis cultum ſpectantia generibus illis ad animi cultum ſpectantibus minus veritatis et eſſentiae habent? Sane quidem. Corpus vero ipſum nonne item minus habere cenſes quam animum? Ego ſane. Nonne quod eis quae magis ſunt expletur ipſumque magis eſt revera magis expletur, quam quod rebus expletur quae minus ſunt ipſumque minus eſt? Quidni? Iam ſi rebus expleri natura convenientibus ſuave eſt, id quod revera rebusque quae magis ſunt expletur certius ac verius gaudio nos afficiet et voluptate vera, quod vero cum rebus coniunctum eſt quae minus ſunt minus etiam vere et firme explebitur et incertioris voluptatis minusque verae erit particeps. Maxime neceſſario, inquit. Qui ergo prudentiae ac virtutis imperiti ſunt, in epulis vero talibusque ſemper verſantur, deorſum, ut patet, rurſusque usque ad medium feruntur et ita errant per omnem vitam, numquam vero hoc transgreſſi ad locum vere ſuperum conſpexerunt ſuperiora eoque lati ſunt neque vero revera ſunt expleti, neque ſtabilem puramque voluptatem guſtarunt, ſed pecorum modo deorſum ſemper ſpectantes pronique in terram et in menſas paſcuntur ſeſe ſaginantes et ſalientes, et propter harum libidinum intemperantiam calcitrantes ac ferientes inter ſe ferreis cornibus et ungulis interficiunt inexplebili cupiditate inflammati, quippe qui neque rebus quae vere ſunt neque id quod vere eſt neque veram et conſtantem ſui partem impleant. Prorſus, Glauco inquit, multitudinis, Socrate, vitam oraculo edis. Nonne etiam neceſſe eſt in voluptatibus eos verſari cum doloribus permixtis, ſimulacris verae voluptatis et in ſpeciem pictis, quae quidem e regione ſibi poſitae ita inter ſe efferunt atque eminent, ut vehemens utrumque videatur et amores ſui furioſos imprudentibus iniiciat certatimque expetatur, quemadmodum de Helenae

λον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ Στησίχορός φησι γενέσθαι περιμάχητον ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθοῦς; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη, τοιοῦτόν τι αὐτὸ εἶναι.

Τί δέ; περὶ τὸ θυμοειδὲς οὐχ ἕτερα τοιαῦτα ἀνάγκη γίγνεσθαι, ὃς ἂν αὐτὸ τοῦτο διαπράττηται ἢ φθόνῳ διὰ φιλοτιμίαν ἢ βίᾳ διὰ φιλονεικίαν ἢ θυμῷ διὰ δυσκολίαν, πλησμονὴν τιμῆς * τε καὶ νίκης καὶ θυμοῦ διώκων ἄνευ D λογισμοῦ τε καὶ νοῦ; Τοιαῦτα, ἦ δ' ὅς, ἀνάγκη καὶ περὶ τοῦτο εἶναι. Τί οὖν; ἦν δ' ἐγώ· θαῤῥοῦντες λέγωμεν ὅτι καὶ περὶ τὸ φιλοκερδὲς καὶ τὸ φιλόνεικον ὅσαι ἐπιθυμίαι εἰσίν, αἳ μὲν ἂν τῇ ἐπιστήμῃ καὶ λόγῳ ἑπόμεναι καὶ μετὰ τούτων τὰς ἡδονὰς διώκουσαι, ἃς ἂν τὸ φρόνιμον ἐξηγῆται, λαμβάνωσι, τὰς ἀληθεστάτας τε λήψονται, ὡς οἷόν τε αὐταῖς ἀληθεῖς λαβεῖν, ἅτε ἀληθείᾳ ἑπομένων, καὶ τὰς ἑαυτῶν οἰκείας, * εἴπερ τὸ *) E βέλτιστον ἑκάστῳ, τοῦτο καὶ οἰκειότατον; Ἀλλὰ μήν, ἔφη, οἰκειότατόν γε. Τῷ φιλοσόφῳ ἄρα ἑπομένης ἁπάσης τῆς ψυχῆς καὶ μὴ στασιαζούσης ἑκάστῳ τῷ μέρει ὑπάρχει εἴς τε τἄλλα τὰ ἑαυτοῦ πράττειν καὶ δικαίῳ εἶναι, καὶ δὴ καὶ τὰς ἡδονὰς τὰς ἑαυτοῦ ἕκαστον καὶ τὰς βελτίστας καὶ εἰς τὸ δυνατὸν * τὰς ἀληθεστάτας καρποῦσθαι. Κομιδῇ μὲν οὖν. 587
Ὅταν δὲ ἄρα τῶν ἑτέρων τι κρατήσῃ, ὑπάρχει αὐτῷ μήτε τὴν ἑαυτοῦ ἡδονὴν ἐξευρίσκειν τά τε ἄλλα ἀναγκάζειν ἀλλοτρίαν καὶ μὴ ἀληθῆ ἡδονὴν διώκειν. Οὕτως, ἔφη. Οὐκοῦν ἃ πλεῖστον φιλοσοφίας τε καὶ λόγου ἀφέστηκε, μάλιστα ἂν τοιαῦτα ἐξεργάζοιτο; Πολύ γε. Πλεῖστον δὲ λόγου ἀφίσταται οὐχ ὅπερ νόμου τε καὶ τάξεως; Δῆλον δή. Ἐφάνησαν δὲ πλεῖστον ἀφεστῶσαι οὐχ αἱ ἐρωτικαί τε καὶ τυραννικαὶ ἐπιθυμίαι; Πολύ γε. Ἐλάχιστον * δὲ αἱ βασιλικαί τε B καὶ κόσμιαι; Ναί. Πλεῖστον δή, οἶμαι, ἀληθοῦς ἡδονῆς καὶ οἰκείας ὁ τύραννος ἀφεστήξει, ὁ δὲ ὀλίγιστον. Ἀνάγκη. Καὶ ἀηδέστατα ἄρα, εἶπον, ὁ τύραννος βιώσεται, ὁ δὲ βασιλεὺς ἥδιστα. Πολλὴ ἀνάγκη. Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅσῳ ἀηδέστερον ζῇ τύραννος βασιλέως; Ἂν εἴπῃς, ἔφη.

---

*) Ib. o.

ſimulacro Graecos ad Troiam Steſichorus ait armis certaſſe propter verae ignorationem? Prorſus neceſſe eſt, inquit, hoc ita ſe habere.

Quid vero? ad iracundam animi partem nonne eadem accidant neceſſe eſt ei qui huius ipſius deſiderium explet vel invidia propter honoris cupiditatem vel vi propter contentionis ſtudium vel ira propter morositatem, expletionem honoris et victoriae et iracundiae ſectans ſine ratione ac mente? Haec, inquit, etiam iſti parti accidant neceſſe eſt. Quid igitur? inquam: fideuterne dicamus etiam quas lucri et contentionis ſtudium habeat cupiditates, ſi ſcientiam et rationem ſequentes hisque adiuvantibus voluptates appetant a prudentia praeſcriptas easque aſsequantur, et veriſſimas eſſe aſsequuturas, quam maxime poſſint veras aſsequi, quippe quae veritatem ſequantur, et ſibi ipſis proprias, ſiquidem, quod optimum cuique, id etiam maxime proprium eſt? Sane quidem, inquit, maxime proprium eſt. Philoſopham igitur partem ſi univerſus animus ſequitur nec diſſidet, cuique parti obtingit ut in reliquis rebus faciat quod ſuum eſt et iuſta ſit, atque etiam ſuas quaeque voluptates easque optimas et quam poſſit veriſſimas percipiat. Admodum. Sin autem alia quae pars imperat, evenit ei ut neque ſuam voluptatem reperiat et ceteras cogat alienam nec veram ſectari voluptatem. Ita, inquit. Nonne quae longiſſime a philoſophia et ratione abſunt, maxime hoc efficient? Sane quidem. Longiſſime vero a ratione nonne id abeſt quod a lege et ordine abeſt? Patet. Et repertae ſunt maxime diſtantes nonne amatoriae et tyrannicae cupiditates? Sane quidem. Minime vero regiae et moderatae? Minime vero. Longiſſime igitur, ut opinor, a vera voluptate et propria tyrannus aberit, ille contra proxime. Neceſſe eſt. Iniucundiſſime ergo, inquam, tyrannus vivet, rex autem iucundiſſime. Prorſus neceſſe eſt. Scin' igitur, inquam, quanto iniucundius vivat tyrannus

Τριῶν ἡδονῶν, ὡς ἔοικεν, οὐσῶν, μιᾶς μὲν γνησίας, δυεῖν δὲ νόθοιν, τῶν νόθων*) εἰς τὸ ἐπ' ἐκεῖνα * ὑπερβὰς ὁ τύ- C
ραννος, φυγὼν νόμον τε καὶ λόγον, δούλαις τισὶ δορυφόροις ἡδοναῖς ξυνοικεῖ, καὶ ὁπόσα ἐλαττοῦται, οὐδὲ πάνυ ῥᾴδιον εἰπεῖν, πλὴν ἴσως ὧδε. Πῶς; ἔφη. Ἀπὸ τοῦ ὀλιγαρχικοῦ τρίτος που ὁ τύραννος ἀφεστήκει· ἐν μέσῳ γὰρ αὐτοῖν **) ὁ δημοτικὸς ἦν. Ναί. Οὐκοῦν καὶ ἡδονῆς τρίτῳ εἰδώλῳ πρὸς ἀλήθειαν ἀπ' ἐκείνου ξυνοικοῖ ἄν, εἰ τὰ πρόσθεν ἀληθῆ; Οὕτως. Ὁ δέ γε ὀλιγαρχικὸς ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ αὖ τρίτος, ἐὰν * εἰς ταὐτὸν ἀριστοκρατικὸν καὶ D
βασιλικὸν τιθῶμεν. Τρίτος γάρ. Τριπλασίου ἄρα, ἣν δ' ἐγώ, τριπλάσιον ἀριθμῷ ἀληθοῦς ἡδονῆς ἀφέστηκε τύραννος. Φαίνεται. Ἐπίπεδον ἄρ', ἔφην, ὡς ἔοικε, τὸ εἴδωλον κατὰ τὸν τοῦ μήκους ἀριθμὸν ἡδονῆς τυραννικῆς ἂν εἴη. Κομιδῇ γε. Κατὰ δὲ δύναμιν καὶ τὴν τρίτην αὔξην δῆλον δὴ ἀπόστασιν ὅσην ἀφεστηκὼς γίγνεται. Δῆλον, ἔφη, τῷ γε λογιστικῷ. Οὐκοῦν, ἐάν τις μεταστρέψας ἀληθείᾳ ἡδονῆς τὸν * βασιλέα τοῦ τυράννου ἀφεστηκότα λέγῃ, ὅσον E
ἀφέστηκεν, ἐννεακαιεικοσικαιεπτακοσιοπλασιάκις ἥδιον αὐτὸν ζῶντα εὑρήσει τελεωθείσῃ τῇ πολλαπλασιώσει, τὸν δὲ τύραννον ἀνιαρότερον τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἀποστάσει. Ἀμήχανον, ἔφη, λογισμὸν καταπεφόρηκας τῆς διαφορότητος τοῖν ἀνδροῖν, τοῦ τε δικαίου καὶ * τοῦ ἀδίκου, πρὸς ἡδονήν τε καὶ λύ- 583
πην. Καὶ μέντοι καὶ ἀληθῆ καὶ προσήκοντά γε, ἦν δ' ἐγώ, βίοις ἀριθμόν, εἴπερ αὐτοῖς προσήκουσιν ἡμέραι καὶ νύκτες καὶ μῆνες καὶ ἐνιαυτοί. Ἀλλὰ μήν, ἔφη, προσήκουσιν. Οὐκοῦν, εἰ τοσοῦτον ἡδονῇ νικᾷ ὁ ἀγαθός τε καὶ δίκαιος τὸν κακόν τε καὶ ἄδικον, ἀμηχάνῳ δὴ ὅσῳ πλέονι ***) νικήσει εὐσχημοσύνῃ τε βίου καὶ κάλλει καὶ ἀρετῇ; Ἀμηχάνῳ μέντοι νὴ Δία, ἔφη.

Εἶεν δή, εἶπον, ἐπειδὴ ἐνταῦθα λόγου * γεγόναμεν, ἀνα- B
λάβωμεν τὰ πρῶτα λεχθέντα, δι' ἃ δεῦρ' ἤκομεν· ἦν δέ που λεγόμενον λυσιτελεῖν ἀδικεῖν τῷ τελέως μὲν ἀδίκῳ, δοξαζομένῳ δὲ δικαίῳ· ἢ οὐχ οὕτως ἐλέχθη; Οὕτω μὲν οὖν.

*) γρ. τὸ νόθον. **) γρ. αὐτῷ καὶ αὐτῶν.
***) γρ. πλεῖον.

rege? Si dicas, inquit. Tres, ut patet, quum voluptates ſint, una quidem germana, duae vero adulterinae, adulterinas ultra progrediens tyrannus, dum legem fugit atque rationem, cum ſervis quibusdam ſatellitibus voluptatibus habitat, et quantum ſuperetur, nec tam facile eſt dictu, niſi forte ita. Quomodo? inquit. Ab eo qui paucorum imperio favet tertius fere tyrannus; medius enim inter eos popularis erat. Ita. Nonne etiam in voluptatis ſimulacro tertio ab illo, ſi veritatem ſpectas, vitam traducet, ſi prioa ſunt vera? Etiam. Paucorum rurſus imperii ſtudioſus a regio eſt tertius, ſi optimatum imperii ſtudioſum et regium componimus. Tertius vero. Ter igitur, inquam, triplo numero a vera voluptate diſtat tyrannus. Videtur. Planum ergo, inquam, ut patet, ſimulacrum ſecundum longitudinis numerum voluptatis tyrannicae erit. Sane quidem. Secundum potentiam autem tertiumque incrementum perſpicuum eſt quantum diſtet. Perſpicuum quidem, inquit, ratiocinandi perito. Nonne igitur, ſi quis inverſa ratione dixerit quantum rex ad voluptatis veritatem a tyranno diſtet, tricies novieset trecenties iucundius eum viventem reperiat perfecta multiplicatione, tyrannum vero acerbius eadem hac diſtantia. Immenſam, inquit, computationem detuliſti differentiae virorum, iuſti et iniuſti, ratione voluptatis et doloris. Attamen verum et convenientem quidem, inquam, vitis numerum, ſiquidem eis conveniunt dies et noctes et menſes et anni. Sane quidem, inquit, conveniunt. Nonne igitur, ſi tanto voluptate ſuperat bonus et iuſtus malum et iniuſtum, mirum quam maiore ſuperabit vitae ornatu et pulchritudine et virtute. Mirum vero hercle, inquit.

Iam vero, inquam, quum eo res adducta ſit, repetamus primo dicta, propter quae huc proceſſimus; dicebatur autem, ni fallor, prodeſſe iniuriam facere ei qui perfecte iniuſtus eſſet, iuſtus vero exiſtimaretur; an non ita dicebatur? Ita vero. Nunc igitur, inquam,

Νῦν δή, ἔφην, αὐτῷ *) διαλεγώμεθα, ἐπειδὴ διωμολογησάμεθα, τό τε ἀδικεῖν καὶ τὸ δίκαια πράττειν, ἣν ἑκάτερον ἔχει δύναμιν. Πῶς; ἔφη. Εἰκόνα πλάσαντες τῆς ψυχῆς λόγῳ, ἵνα εἰδῇ ὁ ἐκεῖνα λέγων οἷα ἔλεγεν. Ποίαν τινά; ἦ δ' * ὅς. Τῶν τοιούτων τινά, ἦν δ' ἐγώ, οἷαι μυθολογοῦνται παλαιαὶ γενέσθαι φύσεις, ἥ τε Χιμαίρας καὶ ἡ Σκύλλης καὶ Κερβέρου, καὶ ἄλλαι τινὲς συχναὶ λέγονται ξυμπεφυκυῖαι ἰδέαι πολλαὶ εἰς ἓν γενέσθαι. Λέγονται γάρ, ἔφη. Πλάττε τοίνυν μίαν μὲν ἰδέαν θηρίου ποικίλου καὶ πολυκεφάλου, ἡμέρων δὲ θηρίων ἐχόντος κεφαλὰς κύκλῳ καὶ ἀγρίων, καὶ δυνατοῦ μεταβάλλειν καὶ φύειν ἐξ αὑτοῦ πάντα ταῦτα. Δεινοῦ πλάστου, ἔφη, τὸ ἔργον· * ὅμως δέ, ἐπειδὴ εὐπλαστότερον κηροῦ καὶ τῶν τοιούτων λόγος, πεπλάσθω. Μίαν δὴ τοίνυν ἄλλην ἰδέαν λέοντος, μίαν δὲ ἀνθρώπου, πολὺ δὲ μέγιστον ἔστω τὸ πρῶτον, καὶ δεύτερον τὸ δεύτερον **). Ταῦτα, ἔφη, ῥᾴω· καὶ πέπλασται. Ξύναπτε τοίνυν αὐτὰ εἰς ἓν τρία ὄντα, ὥστε πῃ ξυμπεφυκέναι ἀλλήλοις. Ξυνῆπται, ἔφη. Περίπλασον δὴ αὐτοῖς ἔξωθεν ἑνὸς εἰκόνα, τὴν τοῦ ἀνθρώπου, ὥστε τῷ μὴ δυναμένῳ τὰ ἐντὸς ὁρᾶν, ἀλλὰ * τὸ ἔξω μόνον ἔλυτρον ὁρῶντι ἓν ζῷον φαίνεσθαι, ἄνθρωπον. Περιπέπλασται, ἔφη. Λέγωμεν δὴ τῷ λέγοντι ὡς λυσιτελεῖ τούτῳ ἀδικεῖν τῷ ἀνθρώπῳ, δίκαια δὲ πράττειν οὐ ξυμφέρει, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φησὶν ἢ λυσιτελεῖν αὐτῷ τὸ παντοδαπὸν θηρίον εὐωχοῦντι ποιεῖν ἰσχυρὸν καὶ τὸν λέοντα καὶ τὰ περὶ τὸν λέοντα, τὸν δὲ ἄνθρωπον λιμοκτονεῖν * καὶ ποιεῖν ἀσθενῆ, ὥστε ἕλκεσθαι ὅποι ***) ἂν ἐκείνων ὁπότερον ἄγῃ, καὶ μηδὲν ἕτερον ἑτέρῳ ξυνεθίζειν μηδὲ φίλον ποιεῖν, ἀλλ' ἐᾶν αὐτὰ ἐν αὐτοῖς δάκνεσθαί τε καὶ μαχόμενα ἐσθίειν ἄλληλα. Παντάπασι γάρ, ἔφη, ταῦτ' ἂν λέγοι ὁ τὸ ἀδικεῖν ἐπαινῶν. Οὐκοῦν αὖ ὁ τὰ δίκαια λέγων λυσιτελεῖν φαίη ἂν δεῖν ταῦτα πράττειν καὶ ταῦτα λέγειν, ὅθεν τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἐντὸς ἄνθρωπος ἔσται ἐγκρατέστατος, * καὶ τοῦ πολυκεφάλου θρέμματος ἐπιμελήσεται ὥσπερ γε-

C D E 589 B

*) γρ. αὐτό.
) γρ. τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον, δεύτερον τὸ δεύτερον. *) γρ. ὅπῃ.

cum illo disferamus, quum inter nos convenerit iniuriam facere et iuste agere quam utrumque vim habeat. Quomodo? inquit. Ita ut imaginem fingamus animi verbis, ut sciat qui illud dixit qualia dixerit. Quamnam? inquit. Talium aliquam, respondi, quales narrantur antiquae fuisse naturae, Chimaerae et Scyllae et Cerberi, et aliae permultae dicuntur fuisse ex variis formis in unam conflatae. Dicuntur vero, inquit. Finge igitur unam quidem formam belluae multiplicis variaque capita habentis, et mansuetarum quidem belluarum cinctae capitibus circumcirca et ferarum, quae possit sese mutare et procreare ex semet haec omnia. Admirabilis fictoris, inquit, opus; attamen, quoniam flexibilior quam cera aliaque id genus oratio est, fictum esto. Unam vero aliam formam finge leonis, et alteram hominis, longe vero maxima esto prima, et secunda posterior. Hoc, inquit, facilius; atque fictum est. Coniunge igitur tria illa in unum, ut quodammodo inter se coalescant. Coniuncta sunt, inquit. Affinge porro his extrinsecus unius imaginem, hominis, ut, qui non possit interiora spectare, sed exterius tantum involucrum conspiciat, unum animal videre videatur, hominem. Afficta est, inquit. Dicamus iam ei qui statuerit prodesse huic homini iniuste facere, iustitiam vero colere non expedire, nihil aliud eum pronunciare nisi hoc, prodesse ei multiplicem belluam bene pascere robustamque efficere itemque leonem resque leonis, hominem autem inedia necare imbecillumque reddere, ut trahatur quocumque alterutrum ducat, nec alterum altero assuescaciat neque amicum reddat, sed sinat ea inter se mordere et pugnantia se vorare. Sane quidem, inquit, haec dixerit qui iniustitiam laudat. Nonne contra qui iuste facere statuet expedire dicet oportere haec facere et haec dicere, unde hominis interior homo erit temperantissimus, et de animante multa capita habente curam ad-

ωργός, τὰ μὲν ἥμερα τρέφων καὶ τιθασσεύων, τὰ δὲ ἄγρια ἀποκωλύων φύεσθαι, ξύμμαχον ποιησάμενος τὴν τοῦ λέοντος φύσιν, καὶ κοινῇ πάντων κηδόμενος, φίλα ποιησάμενος ἀλλήλοις τε καὶ αὑτῷ, οὕτω θρέψει; Κομιδῇ γὰρ αὖ λέγει ταῦτα ὁ τὸ δίκαιον ἐπαινῶν. Κατὰ πάντα τρόπον δὴ ὁ μὲν τὰ δίκαια ἐγκωμιάζων ἀληθῆ ἂν λέγοι, * ὁ δὲ τὰ ἄδικα C ψεύδοιτο· πρός τε γὰρ ἡδονὴν καὶ πρὸς εὐδοξίαν καὶ ὠφέλειαν σκοπουμένῳ ὁ μὲν ἐπαινέτης τοῦ δικαίου ἀληθεύει, ὁ δὲ ψέκτης οὐδὲν ὑγιὲς οὐδ' εἰδὼς ψέγει ὅ τι ψέγει. Οὔ μοι δοκεῖ, ἦ δ' ὅς, οὐδαμῇ γε. Πείθωμεν τοίνυν αὐτὸν πράως (οὐ γὰρ ἑκὼν ἁμαρτάνει) ἐρωτῶντες Ὦ μακάριε, οὐ καὶ τὰ καλὰ καὶ αἰσχρὰ νόμιμα διὰ τὰ τοιαῦτ' ἂν φαῖμεν γεγονέναι, τὰ μὲν * καλὰ τὰ ὑπὸ τῷ ἀνθρώπῳ, μᾶλλον δὲ D ἴσως τὰ ὑπὸ τῷ θείῳ τὰ θηριώδη ποιοῦντα τῆς φύσεως, αἰσχρὰ δὲ τὰ ὑπὸ τῷ ἀγρίῳ τὸ ἥμερον δουλούμενα; ξυμφήσει, ἢ πῶς; Ἐάν μοι, ἔφη, πείθηται. Ἔστιν οὖν, εἶπον, ὅτῳ λυσιτελεῖ ἐκ τούτου τοῦ λόγου χρυσίον λαμβάνειν ἀδίκως, εἴπερ τοιόνδε τι γίγνεται, λαμβάνων τὸ χρυσίον ἅμα καταδουλοῦται τὸ βέλτιστον ἑαυτοῦ τῷ μοχθηροτάτῳ; ἢ εἰ μὲν * λαβὼν χρυσίον υἱὸν ἢ θυγατέρα ἐδουλοῦτο, καὶ ταῦτ' E εἰς ἀγρίων τε καὶ κακῶν ἀνδρῶν, οὐκ ἂν αὐτῷ ἐλυσιτέλει οὐδ' ἂν πάμπολυ ἐπὶ τούτῳ λαμβάνοι *), εἰ δὲ τὸ ἑαυτοῦ θειότατον ὑπὸ τῷ ἀθεωτάτῳ τε καὶ μιαρωτάτῳ δουλοῦται καὶ μηδὲν ἐλεεῖ, οὐκ ἄρα ἄθλιός ἐστι καὶ * πολὺ ἐπὶ δεινο- 590
τέρῳ ὀλέθρῳ χρυσὸν δωροδοκεῖ, ἢ Ἐριφύλη ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς ψυχῇ τὸν ὅρμον δεξαμένη; Πολὺ μέντοι, ἦ δ' ὅς ὁ Γλαύκων· ἐγὼ γάρ σοι ὑπὲρ ἐκείνου ἀποκρινοῦμαι.

Οὐκοῦν καὶ τὸ ἀκολασταίνειν οἴει διὰ τὰ τοιαῦτα **) πάλαι ψέγεσθαι, ὅτι ἀνίεται ἐν τῷ τοιούτῳ τὸ δεινὸν καὶ ***) τὸ μέγα ἐκεῖνο καὶ πολυειδὲς θρέμμα, πέρα τοῦ δέοντος; Δῆλον, ἔφη. Ἡ δ' αὐθάδεια καὶ δυσκολία ψέγεται οὐχ, ὅταν τὸ λεοντῶδές * τε καὶ ὀφεῶδες αὔξηται καὶ ξυντείνη- B ται ἀναρμοστως; Πάνυ μὲν οὖν. Τρυφὴ δὲ καὶ μαλθακία

---

*) ἄλλ. λαμβάνειν. ἴσ. λαμβάνῃ.
) γρ. διὰ τοιαῦτα. *) γρ. δεινόν, τὸ μέγα.

hibebit inſtar agricolae, mites eius partes nutriens et manſueſaciens, feras autem impediens ne vigeant, ſociam ſibi asſumens leonis naturam et communiter omnium procurationem habens, et quum amicas eas inter ſe ſibique reddiderit, tum alet? Sane vero dicit haec qui iuſtum laudat. Omni igitur modo qui iuſta celebrat vera dicet, qui vero iniuſta, falſa; nam ſive voluptatem ſive bonam famam ſive utilitatem ſpectas, iuſti laudator verum dicit, vituperator autem nihil ſani nec ſciens vituperat quid vituperet. Neutiquam, inquit, mihi videtur. Perſuadeamus igitur ei leniter (neque enim ſua ſponte errat) interrogantes O praeſtantiſſime, nonne etiam honeſta et turpia hanc ob cauſam dicemus legibus eſſe ſancta, et honeſta quidem quod ea ſint quae hominis, immo etiam, ni fallor, divini imperio feras naturae partes ſubiiciant, turpia vero quod eiusmodi ſint quae mite agreſti ſervire cogant? aſſentietur, an quomodo? Si mihi, inquit, obtemperabit. Eſt igitur, inquam, cui expediat ex hac oratione aurum accipere iniuſte, ſi hoc evenit ut aurum accipiens ſimul optimam ſui partem ſervire cogat improbiſſimae? vel ſi auro accepto filium filiamve in ſervitutem dabit idque ad feros pravosque viros, ei haud expediet, quamvis permultum pro hoc acceperit, ſin autem diviniſſimam ſui partem ſceleſtiſſimae et impuriſſimae ſervire cogit nec eius miſeretur, nonne miſer eſt longeque diriore cum pernicie auri largitionem accipit, quam Eriphyla quae pro mariti vita monile ſumpſit? Longe ſane, inquit Glauco; ego enim tibi pro illo reſpondebo.

Nonne etiam incontinentiam cenſes iccirco dudum vituperari, quod remittitur in ea dirum et magnum illud et multiforme animans ſupra quam oportet? Patet vero, inquit. Contumacia autem et moroſitas nonne vituperatur, quando leoninum et anguinum augetur et intenditur praeter modum? Sane quidem. Luxuries

οὐκ ἐπὶ τῇ τοῦ αὐτοῦ *) τούτου χαλάσει τε καὶ ἀνέσει ψέγεται, ὅταν ἐν αὐτῷ δειλίαν ἐμποιῇ; Τί μήν; Κολακεία δὲ καὶ ἀνελευθερία οὐχ, ὅταν τις τὸ αὐτὸ τοῦτο, τὸ θυμοειδές, ὑπὸ τῷ ὀχλώδει θηρίῳ ποιῇ, καὶ ἕνεκα χρημάτων καὶ τῆς ἐκείνου ἀπληστίας προπηλακιζόμενον ἐθίζῃ ἐκ νέου ἀντὶ λέοντος πίθηκον γίγνεσθαι; * Καὶ μάλα, ἔφη. Βαναυσία δὲ C καὶ χειροτεχνία διὰ τί, οἴει, ὄνειδος φέρει; ἢ **) δι' ἄλλο τι φήσομεν, ἢ ὅταν τις ἀσθενὲς φύσει ἔχῃ τὸ τοῦ βελτίστου εἶδος, ὥστε μὴ ἂν δύνασθαι ἄρχειν τῶν ἐν αὑτῷ θρεμμάτων, ἀλλὰ θεραπεύειν ἐκεῖνα καὶ τὰ θωπεύματα αὐτῶν μόνον [δύνηται] μανθάνειν; Ἔοικεν, ἔφη. Οὐκοῦν, ἵνα καὶ ὁ τοιοῦτος ὑφ' ὁμοίου ἄρχηται οἵουπερ ὁ βέλτιστος, δοῦλον αὐτόν φαμεν δεῖν εἶναι ἐκείνου τοῦ * βελτίστου καὶ D ἔχοντος ἐν αὑτῷ τὸ θεῖον ἄρχον, οὐκ ἐπὶ βλάβῃ τῇ τοῦ δούλου οἰόμενοι δεῖν ἄρχεσθαι αὐτόν, ὥσπερ Θρασύμαχος ᾤετο τοὺς ἀρχομένους, ἀλλ' ὡς ἄμεινον ὂν παντὶ ὑπὸ θείου καὶ φρονίμου ἄρχεσθαι, μάλιστα μὲν οἰκεῖον ἔχοντος ἐν αὑτῷ, εἰ δὲ μή, ἔξωθεν ἐφεστῶτος, ἵνα εἰς δύναμιν πάντες ὅμοιοι ὦμεν καὶ φίλοι τῷ αὐτῷ κυβερνώμενοι; Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη. Δηλοῖ δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ὁ νόμος * ὅτι E τοιοῦτον βούλεται ***), πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει ξύμμαχος ὤν, καὶ ἡ τῶν παίδων ἀρχή, τὸ μὴ ἐᾶν ἐλευθέρους εἶναι, ἕως ἂν ἐν αὐτοῖς ὥσπερ ἐν πόλει πολιτείαν καταστήσωμεν, καὶ τὸ βέλτιστον θεραπεύσαντες * τῷ παρ' ἡμῖν τοιούτῳ ἀντι- 591
καταστήσωμεν φύλακα ὅμοιον καὶ ἄρχοντα ἐν αὑτῷ· καὶ τότε δὴ ἐλεύθερον ἀφίεμεν. Δηλοῖ γάρ, ἦ δ' ὅς. Πῇ δὴ οὖν φήσομεν, ὦ Γλαύκων, καὶ κατὰ τίνα λόγον λυσιτελεῖν ἀδικεῖν ἢ ἀκολασταίνειν ἤ τι αἰσχρὸν ποιεῖν, ἐξ ὧν πονηρότερος μὲν ἔσται, πλείω δὲ χρήματα ἢ ἄλλην τινὰ δύναμιν κεκτήσεται; Οὐδαμῇ, ἦ δ' ὅς. Πῇ δ' ἀδικοῦντα λανθά-

---

*) ἄλλ. ἐπὶ τῇ αὐτοῦ.
**) ἴσ. ἦ.
***) γρ. βουλεύεται.

vero et mollities nonne in eiusdem huius remiſſione et reſolutione vituperatur, quando ignaviam ei iniicit? Quidni? Atque adulatio et illiberalitas nonne, quando quis hanc ipſam iracundam animi partem turbulentae beſtiae imperio ſubiicit, et propter quaeſtum illiusque inexplebiles cupiditates contumelia vexatam a pueritia ita aſſuefacit ut e leone ſimia evadat? Admodum, inquit. Artium vero illiberalium et earum quae manu factitantur exercitationem cur putas probrum inferre? num aliam ob cauſam dicemus, niſi ob hanc quod imbecillam naturâ habet optimi ſpeciem, ita ut nequeat imperare eis quae in ipſo inſunt animantibus, ſed colat illa et adulationes tantum eorum diſcat? Videtur, inquit. Nonne igitur, ut talis a ſimili regatur eius a quo optimus regitur, ſervum eum dicimus oportere eſſe eius qui optimus eſt habetque in ſe divinum regens, non ſervi incommodo cenſentes eum regi oportere, ut Thraſymachus exiſtimaverat eos qui regerentur incommodo ſuo regi, ſed melius agi cum quoque ſi a divino et prudente regatur, maxime quidem ſi propriam hoc in ſemet ipſo habeat, ſin minus, ſi externus ei ſit praefectus, ut quoad fieri poſſit omnes ſimiles ſimus atque amici ab eodem gubernati? Et recte quidem, inquit. Declarat vero, inquam, etiam lex hoc ſibi propoſitum eſſe, quae quidem omnibus in civitate verſantibus auxiliatur, et imperium in pueros, ſiquidem eos non ſinimus liberos eſſe, dum in eis ſicut in civitate gubernationem conſtituerimus, et, quum optimum erudiverimus, cuſtodem et rectorem illis ſtatuerimus ei qui nobis eſt ſimilem et ex altera parte reſpondentem; tum denique eos liberos dimittimus. Declarat vero, inquit. Quatenus igitur dicemus, Glauco, et quanam ex ratione expedire iniuſte facere vel intemperantiae ſe dedere vel turpe quid committere, unde pravior quidem futurus, plures autem opes vel aliam quam poteſtatem ſit conſequuturus? Nullo modo, inquit. Quatenus vero expedire iniuſte

νειν καὶ μὴ διδόναι δίκην λυσιτελεῖν; ἢ οὐχὶ ὁ μὲν λανθά-
νων * ἔτι πονηρότερος γίγνεται, τοῦ δὲ μὴ λανθάνοντος καὶ B
κολαζομένου τὸ μὲν θηριῶδες κοιμίζεται *) καὶ ἡμεροῦται, τὸ δὲ
ἥμερον ἐλευθεροῦται, καὶ ὅλη ἡ ψυχὴ εἰς τὴν βελτίστην φύσιν κα-
θισταμένη τιμιωτέραν ἕξιν λαμβάνει, σοφροσύνην τε καὶ δικαιο-
σύνην μετὰ φρονήσεως κτωμένη, ἢ σῶμα ἰσχύν τε καὶ κάλλος με-
τὰ ὑγιείας λαμβάνον, τοσούτῳ ὅσῳπερ ψυχὴ σώματος τιμιωτέρα;
Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Οὐκοῦν ὅ γε νοῦν ἔχων πάντα
* τὰ αὑτοῦ εἰς τοῦτο ξυντείνας βιώσεται, πρῶτον μὲν τὰ C
μαθήματα τιμῶν ἃ τοιαύτην αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἀπεργάσεται,
τὰ δὲ ἄλλα ἀτιμάζων; Δῆλον, ἔφη. Ἔπειτα δ' **), εἶπον,
τὴν τοῦ σώματος ἕξιν καὶ τροφὴν οὐχ ὅπως τῇ θηριώδει καὶ
ἀλόγῳ ἡδονῇ ἐπιτρέψας ἐνταῦθα τετραμμένος ζήσει, ἀλλ'
οὐδὲ πρὸς ὑγίειαν βλέπων οὐδὲ τοῦτο πρεσβεύων, ὅπως
ἰσχυρὸς ἢ ὑγιὴς ἢ καλὸς ἔσται, ἐὰν μὴ καὶ σωφρονήσειν
μέλλῃ ἀπ' αὐτῶν, * ἀλλ' ἀεὶ τὴν ἐν τῷ σώματι ἁρμονίαν D
τῆς ἐν τῇ ψυχῇ ἕνεκα ξυμφωνίας ἁρμοττόμενος φανεῖ-
ται ***); Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη, ἐάνπερ μέλλῃ τῇ ἀλη-
θείᾳ μουσικὸς εἶναι. Οὐκοῦν, εἶπον, καὶ τὴν ἐν τῇ τῶν
χρημάτων κτήσει ξύνταξίν τε καὶ ξυμφωνίαν; καὶ τὸν ὄγκον
τοῦ πλήθους οὐκ ἐκπληττόμενος ὑπὸ τοῦ τῶν πολλῶν μακα-
ρισμοῦ ἄπειρον αὐξήσει, ἀπέραντα κακὰ ἔχων; Οὐκ οἶομαι
ἔφη. Ἀλλ' ἀποβλέπων γε, εἶπον, * πρὸς τὴν ἐν αὑτῷ πο- E
λιτείαν καὶ φυλάττων, μή τι παρακινῇ αὐτοῦ τῶν ἐκεῖ διὰ
πλῆθος οὐσίας ἢ δι' ὀλιγότητα, οὕτω κυβερνῶν προσθήσει
καὶ ἀναλώσει τῆς οὐσίας καθ' ὅσον ἂν οἷός τ' ᾖ. Κομι-
δῇ μὲν οὖν, ἔφη. Ἀλλὰ μὴν καὶ τιμάς γε, εἰς ταὐτὸν ἀπο-
βλέπων, * τῶν μὲν μεθέξει καὶ γεύσεται ἑκὼν ἃς ἂν ἡγῆται 592
ἀμείνω αὐτὸν ποιήσειν, ἃς δ' ἂν λύσειν τὴν ὑπάρχουσαν
ἕξιν, φεύξεται ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. Οὐκ ἄρα, ἔφη, τά γε πο-
λιτικὰ ἐθελήσει πράττειν, ἐάνπερ τούτου κήδηται. Νὴ τὸν
κύνα, ἦν δ' ἐγώ, ἔν γε τῇ ἑαυτοῦ πόλει καὶ μάλα, οὐ μέντοι ἴσως
ἔν γε τῇ πατρίδι, ἐὰν μὴ θεία τις ξυμβῇ τύχη. Μανθάνω,

---

*) ἄλλ. κομίζεται.
) γρ. γ'. *) γρ. φαίνηται.

facienti latere nec poenas dare? an non is qui latet etiam pravior evadit, eius vero qui non latet et caſtigatur ferina pars ſedatur et pacatur, manſueta autem liberatur, et univerſus animus optimam nactus naturam praeſtabiliorem accipit habitum, temperantiam et iuſtitiam cum prudentia adeptus, quam corpus quod robur et pulchritudinem cum ſanitate accipit, tanto quanto animus corpore eſt praeſtabilior? Prorſus ſic ſe habet, inquit. Nonne igitur is qui ſapit ita vivet ut omnia ſua ad hoc dirigat, primum quidem diſciplinas in honore habens quae talem ipſius animum effecturae ſint, ceteras vero contemnens? Patet vero, inquit. Deinde, inquam, corporis habitum et paſtum tantum aberit ut ferinae rationisque experti voluptati committat ad hanc ſe convertens, ut ne ſanitatem quidem reſpiciat nec hoc prae ceteris ſpectet ut robuſtus vel ſanus vel pulcher exſiſtat, niſi etiam prudentiam inde aſequuturus ſit, ſed ſemper corporis concinnitatem animi concentus cauſa temperans reperietur? Prorſus quidem, inquit, ſiquidem vere volt muſicus eſſe. Nonne etiam, inquam, in opibus acquirendis modum atque concentum ſervabit, nec copiarum molem multitudinis praedicatione perturbatus ad infinitum augebit, innumerabilibus vexatus malis? Non arbitror, inquit. Sed reſpiciens, inquam, interiorem ſui ſtatum ita rem familiarem adminiſtrabit opesque quoad eius fieri poterit augebit et conſumet ut cautionem adhibeat ne qua de rebus illis ſuis opum numero vel paucitate permoveatur. Sane quidem, inquit. Atque etiam honores, idem reſpiciens, eos quidem accipiet et experietur ſua ſponte quos putaverit meliorem ſe effecturos eſſe, quos autem exiſtimaverit praeſentem diſſoluturos eſſe ſtatum, eos fugiet privatim ac publice. Non igitur, inquit, res civiles volet gerere, ſiquidem in hoc curam ponet. Immo per canem, inquam, in ſua quidem civitate admodum, neque tamen, opinor, in patria, niſi ſi quis divinitus inciderit caſus. Intelligo,

ἔφη, ἐν ᾗ νῦν δὴ *) διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει λέγεις, τῇ ἐν λόγοις κειμένῃ, ἐπεὶ γῆς γε * οὐδαμοῦ οἶμαι αὐτὴν εἶναι. B
Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, ἐν οὐρανῷ ἴσως παράδειγμα ἀνάκειται τῷ βουλομένῳ ὁρᾶν καὶ ὁρῶντι ἑαυτὸν κατοικίζειν. διαφέρει δὲ οὐδὲν εἴτε που ἔστιν εἴτε ἔσται· τὰ γὰρ ταύτης μόνης ἂν πράξειεν, ἄλλης δὲ οὐδεμιᾶς. Εἰκός γ', ἔφη.

---

*) γρ. νῦν.

inquit, civitatem te dicere quam modo condentes perſequuti ſumus, in verbis illam quidem poſitam; nam terrae quidem nusquam cenſeo eam eſſe. At vero, inquam, in caelo fortaſſe exemplar eius propoſitum eſt ſpectare cupienti et quum ſpectaverit domicilium in ea collocare. nihil autem intereſt ſive alicubi ſit ſive futura ſit; huius enim ſolius res geret, alius nullius. Conſentaneum vero, inquit.

Θ.

Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα περὶ αὐτῆς ἐν- 595
νοῶ, ὡς παντὸς ἄρα μᾶλλον ὀρθῶς ᾠκίζομεν τὴν πόλιν, οὐχ
ἥκιστα δὲ ἐνθυμηθεὶς περὶ ποιήσεως λέγω. Τὸ ποῖον; ἔφη.
Τὸ μηδαμῇ παραδέχεσθαι αὐτῆς ὅση μιμητική· παντὸς γὰρ
μᾶλλον οὐ παραδεκτέα νῦν καὶ ἐναργέστερον, ὡς ἐμοὶ * δο- B
κεῖ, φαίνεται, ἐπειδὴ χωρὶς ἕκαστα διῄρηται τὰ τῆς ψυχῆς
εἴδη. Πῶς λέγεις; Ὡς μὲν πρὸς ὑμᾶς εἰρῆσθαι (οὐ γάρ
μου κατερεῖτε πρὸς τοὺς τῆς τραγῳδίας ποιητὰς καὶ τοὺς
ἄλλους ἅπαντας τοὺς μιμητικούς), λώβη ἔοικεν εἶναι πάντα
τὰ τοιαῦτα τῆς τῶν ἀκουόντων διανοίας, ὅσοι μὴ ἔχουσι
φάρμακον τὸ εἰδέναι αὐτὰ οἷα τυγχάνει ὄντα. Πῇ δή, ἔφη,
διανοούμενος λέγεις; Ῥητέον, ἦν δ' ἐγώ· καίτοι φιλία γέ
τίς με καὶ αἰδὼς ἐκ παιδὸς ἔχουσα περὶ Ὁμήρου ἀποκω-
λύει λέγειν. ἔοικε * μὲν γὰρ τῶν καλῶν ἁπάντων τούτων C
τῶν τραγικῶν πρῶτος διδάσκαλός τε καὶ ἡγεμὼν γενέσθαι·
ἀλλ' οὐ γὰρ πρό γε τῆς ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ, ἀλλ' ὃ
λέγω, ῥητέον. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ἄκουε δή, μᾶλλον δὲ
ἀποκρίνου. Ἐρώτα. Μίμησιν ὅλως ἔχοις ἄν μοι εἰπεῖν ὅ
τί ποτ' ἐστίν; οὐδὲ γάρ τοι αὐτὸς πάνυ τι ξυννοῶ τί βού-
λεται εἶναι. Ἦ που ἄρ', ἔφη, ἐγὼ ξυννοήσω; Οὐ-
δέν γε, ἦν δ' ἐγώ, ἄτοπον, ἐπεὶ πολλά τοι ὀξύτερον βλε-
πόντων ἀμβλύτερον * ὁρῶντες πρότεροι*) εἶδον. Ἔστιν, 596
ἔφη, οὕτως· ἀλλὰ σοῦ παρόντος οὐδ' ἂν προθυμηθῆναι
οἷός τε εἴην εἰπεῖν εἴ τί μοι καταφαίνεται· ἀλλ' αὐτὸς ὅρα.
Βούλει οὖν ἐνθένδε ἀρξώμεθα ἐπισκοποῦντες, ἐκ τῆς εἰω-

*) γρ. πρότερον.

X.

Sane, inquam, multis quum aliis in rebus cogito omnino recte nos condidiſſe civitatem, tum maxime in eo quod de poëſi ſtatuimus. Quidnam? inquit. Nullo modo admittendum eſſe quicquid eius in imitatione verſaretur; neutiquam enim admittendum eſſe nunc etiam clarius, ut mihi videtur, patet, quum ſeparatim ſingulae expoſitae ſint animi ſpecies. Quomodo dicis? Ut vobis dicam (neque enim me deferetis ad tragoediae poëtas reliquosque omnes in imitatione verſantes), incommodum videntur importare omnia huiusmodi audientium animis, quibuscumque non eſt ſubſidio eorum qualia ſint cognitio. Quomodo tandem, inquit, animatus hoc dicis? Narrandum, inquam; quamquam amicitia quaedam et reverentia quam a puero adverſus Homerum habui me impedit dicere. videtur enim egregiorum omnium horum tragicorum hic primus magiſter et dux fuiſſe. neque tamen prae veritate honorandus eſt vir, ſed, quod dico, narrandum. Sane quidem, inquit. Audi dum, vel potius reſponde. Interroga. Imitatio in univerſum poſſisne mihi dicere quid tandem ſit? enimvero nec ipſe ſane perſpicio quid ſibi velit. Ergo, inquit, ego perſpiciam? Haud, inquam, mirandum; nam multa ſane hebetiores acrius videntibus prius cernunt. Eſt, inquit, ita; quamquam te praesente nec promptus eſſe potero ad dicendum ſi quid mihi liqueat; itaque ipſe vide. Visne igitur hoc inveſtigandi initium ſumamus, ſolitam

θυίας μεθόδου; εἶδος γάρ πού τι ἓν ἕκαστον εἰώθαμεν τίθεσθαι περὶ ἕκαστα τὰ πολλὰ οἷς ταὐτὸν ὄνομα ἐπιφέρομεν· ἢ οὐ μανθάνεις; Μανθάνω. Θῶμεν δὴ καὶ νῦν ὅ τι βούλει τῶν πολλῶν. οἷον, εἰ ἐθέλεις *), πολλαί πού εἰσι κλῖναι * καὶ τράπεζαι. Πῶς δ' οὔ; Ἀλλὰ ἰδέαι γέ που περὶ ταῦτα τὰ σκεύη δύο, μία μὲν κλίνης, μία δὲ τραπέζης. Ναί. Οὐκοῦν καὶ εἰώθαμεν λέγειν ὅτι ὁ δημιουργὸς ἑκατέρου τοῦ σκεύους πρὸς τὴν ἰδέαν βλέπων οὕτω ποιεῖ ὁ μὲν τὰς κλίνας, ὁ δὲ τὰς τραπέζας, αἷς ἡμεῖς χρώμεθα, καὶ τἆλλα κατὰ ταὐτά; οὐ γάρ που τήν γε ἰδέαν αὐτὴν δημιουργεῖ οὐδεὶς τῶν δημιουργῶν· πῶς γάρ; Οὐδαμῶς. Ἀλλ' ὅρα δὴ καὶ τόνδε τίνα καλεῖς τὸν δημιουργόν. * Τὸν ποῖον; Ὃς πάντα ποιεῖ ὅσαπερ εἷς ἕκαστος τῶν χειροτεχνῶν. Δεινόν τινα λέγεις καὶ θαυμαστὸν ἄνδρα. Οὔπω γε, ἀλλὰ τάχα μᾶλλον φήσεις. ὁ αὐτὸς γὰρ οὗτος χειροτέχνης οὐ μόνον πάντα οἷός τε σκεύη ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς φυόμενα ἅπαντα ποιεῖ καὶ ζῶα πάντα ἐργάζεται, τά τε ἄλλα καὶ ἑαυτόν, καὶ πρὸς τούτοις γῆν καὶ οὐρανὸν καὶ θεοὺς καὶ πάντα τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν Ἅιδου ὑπὸ γῆς ἅπαντα ἐργάζεται. Πάνυ θαυμαστόν, * ἔφη, λέγεις σοφιστήν. Ἀπιστεῖς; ἦν δ' ἐγώ. καί μοι εἰπέ, τὸ παράπαν οὐκ ἄν σοι δοκεῖ εἶναι τοιοῦτος δημιουργός, ἢ τινὶ μὲν τρόπῳ γενέσθαι ἂν τούτων ἁπάντων ποιητής, τινὶ δὲ οὐκ ἄν; ἢ οὐκ αἰσθάνει ὅτι καὶ αὐτὸς οἷός τε εἴης πάντα ταῦτα ποιῆσαι τρόπῳ γέ τινι; Καὶ τίς, ἔφη, ὁ τρόπος οὗτος; Οὐ χαλεπός, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλὰ πολλαχῇ **) καὶ ταχὺ δημιουργούμενος· τάχιστα δέ που, εἰ ἐθέλεις ***) λαβὼν κάτοπτρον περιφέρειν παντα-χῇ, ταχὺ μὲν ἥλιον * ποιήσεις καὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ, ταχὺ δὲ γῆν, ταχὺ δὲ σαυτόν τε καὶ τἆλλα ζῶα καὶ σκεύη καὶ φυτὰ καὶ πάντα ὅσα νῦν δὴ ἐλέγομεν †). Ναί, ἔφη, φαινόμενα, οὐ μέντοι ὄντα γέ που τῇ ἀληθείᾳ. Καλῶς, ἦν δ' ἐγώ, καὶ εἰς δέον ἔρχει τῷ λόγῳ· τῶν τοιούτων γάρ, οἶμαι, δημιουργῶν καὶ ὁ ζωγράφος ἐστίν· ἦ γάρ; Πῶς γὰρ οὔ; Ἀλλὰ φήσεις οὐκ ἀληθῆ, οἶμαι, αὐτὸν ποιεῖν ἃ ποιεῖ· καίτοι τρόπῳ γέ τινι καὶ ὁ ζωγράφος κλίνην ποιεῖ· ἢ οὔ;

*) γρ. θέλοις.
**) ἴσ. πολλαχοῦ.
***) γρ. θέλεις.
†) γρ. ἐλέγετο.

ſequentes ſectam rationemque? ſpeciem videlicet unam quamque ſolemus ponere rerum quarumque multarum quibus idem nomen damus; an non intelligis? Intelligo. Sumamus igitur nunc quoque quamcumque volueris rerum multarum. velut, ſi vis, multi ſunt lecti et menſae. Quidni? At ſpecies certe horum utenſilium duae, lecti una, altera menſae. Etiam. Nonne etiam ſolemus dicere opificem utriusque rei ita fabricari unum lectos et alterum menſas quibus nos utamur ut ſpeciem intueatur, et reliqua ſimiliter? neque enim ſpeciem ipſam fabricatur ullus opifex; quid enim? Nequaquam. At vide iam quo nomine huncce afficias opificem. Quemnam? Qui omnia facit quae ſinguli opifices. Excellentem quendam dicis et mirificum virum. Nondum vero, ſed mox magis dices. idem enim hic opifex non ſolum omnia poteſt utenſilia facere, verum etiam quae e terra naſcuntur cuncta facit et animalia omnia facit, quum reliqua tum ſe ipſum, praetereaque terram et caelum et deos omniaque quae in caelo et apud inferos ſub terra ſunt facit. Sane quam admirabilem, inquit, dicis ſophiſten. Num dubitas? inquam. itaque dic mihi: omninone tibi non videtur eſſe talis opifex, an quodammodo eſſe poſſe horum omnium effector, quodammodo autem non poſſe? annon intelligis te ipſum quoque poſſe omnia haec facere aliqua certe ratione? At quaenam, inquit, haec ratio? Non difficilis, inquam, ſed eiusmodi quae paſſim et cito fiat; citiſſime vero, ni fallor, ſi vis ſpeculum ſumere et ubique circumferre, ſtatim ſolem facies et quae in caelo ſunt, ſtatim terram, ſtatim vero etiam te ipſum et cetera animalia, et utenſilia et plantas et omnia quae modo enumeravimus. Etiam, inquit, quae videntur, non revera ſunt. Praeclare, inquam, et commode ſuscipis ſermonem. huiusmodi enim, opinor, opificum etiam pictor eſt; nonne? Quidni? At dices non vera, opinor, eum facere quae faciat; quamquam quodam modo etiam pictor lectum

Ναί, ἔφη, φαινομένην γε καὶ οὗτος. Τί δὲ ὁ κλινοποιός; οὐκ ἄρτι * μέντοι ἔλεγες ὅτι οὐ τὸ εἶδος ποιεῖ ὃ δή φα- 597
μεν εἶναι ὃ ἔστι κλίνη, ἀλλὰ κλίνην τινά; Ἔλεγον γάρ. Οὐκοῦν, εἰ μὴ ὃ ἔστι ποιεῖ, οὐκ ἂν τὸ ὂν ποιοῖ, ἀλλά τι τοιοῦτον οἷον τὸ ὄν, ὂν δὲ οὔ, τελέως δὲ εἶναι ὂν τὸ τοῦ κλινουργοῦ ἔργον ἢ ἄλλου τινὸς χειροτέχνου εἴ τις φαίη, κινδυνεύει οὐκ ἂν ἀληθῆ λέγειν; Οὔκουν, ἔφη, ὡς γ' ἂν δόξειε τοῖς περὶ τοὺς τοιούσδε λόγους διατρίβουσιν. Μηδὲν ἄρα θαυμάζωμεν εἰ καὶ τοῦτο ἀμυδρόν τι τυγχάνει ὂν πρὸς ἀλήθειαν; * Μὴ γάρ. Βούλει οὖν, ἔφην, ἐπ' αὐτῶν τού- B
των ζητήσωμεν τὸν μιμητὴν τοῦτον *) τίς ποτ' ἐστίν; Εἰ βούλει, ἔφη. Οὐκοῦν τριτταί τινες κλῖναι αὗται γίγνονται, μία μὲν ἡ ἐν τῇ φύσει οὖσα, ἣν φαῖμεν ἄν, ὡς ἐγῷμαι, θεὸν ἐργάσασθαι· ἢ τίνα **) ἄλλον; Οὐδένα, οἶμαι. Μία δέ γε ἦν ὁ τέκτων. Ναί, ἔφη. Μία δὲ ἦν ὁ ζωγράφος· ἦ γάρ; Ἔστω. Ζωγράφος δή, κλινοποιός, θεός, τρεῖς οὗτοι ἐπιστάται τρισὶν εἴδεσι κλινῶν. Ναὶ τρεῖς. Ὁ μὲν δὴ θεός, εἴ- C
τε * οὐκ ἐβούλετο εἴτε τις ἀνάγκη ἐπῆν μὴ πλέον ἢ μίαν ἐν τῇ φύσει ἀπεργάσασθαι αὐτὸν κλίνην, οὕτως ἐποίησε μίαν μόνην αὐτὴν ἐκείνην ὃ ἔστι κλίνη· δύο δὲ τοιαῦται ἢ πλείους οὔτε ἐφυτεύθησαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ οὔτε μὴ φυῶσιν. Πῶς δή; ἔφη. Ὅτι, ἦν δ' ἐγώ, εἰ δύο μόνας ποιήσειε, πάλιν ἂν μία ἀναφανείη ἧς ἐκεῖναι ἂν αὖ ἀμφότεραι τὸ εἶδος ἔχοιεν, καὶ εἴη ἂν ὃ ἔστι κλίνη ἐκείνη, ἀλλ' οὐχ αἱ δύο. Ὀρθῶς, ἔφη. Ταῦτα δή, οἶμαι, εἰδὼς ὁ θεός, βουλόμενος
* εἶναι ὄντως κλίνης ποιητὴς ὄντως οὔσης, ἀλλὰ μὴ κλίνης D
τινὸς μηδὲ κλινοποιός τις, μίαν φύσει αὐτὴν ἔφυσεν. Ἔοικεν. Βούλει οὖν τοῦτον μὲν φυτουργὸν τούτου προσαγορεύωμεν, ἤ τι τοιοῦτον; Δίκαιον γοῦν, ἔφη, ἐπειδήπερ φύσει γε καὶ τοῦτο καὶ τἆλλα πάντα πεποίηκεν. Τί δέ; τὸν τέκτονα ἆρ' οὐ δημιουργὸν κλίνης; Ναί. Ἦ καὶ τὸν ζω-
γράφον δημιουργὸν καὶ ποιητὴν τοῦ τοιούτου; Οὐδαμῶς.

---

*) γρ. τούτου.

**) ἴσ. ἤ τινα.

facit; nonne? Vero, inquit, hic quoque talem qui videtur. Quid vero qui lectos facit? nonne modo dicebas non ſpeciem eum facere quam quidem lectum per ſe dicimus, ſed lectum aliquem? Dicebam vero. Nonne, ſi non quod per ſe eſt facit, non quod vere eſt faciet, ſed aliquid quod tale eſt quale id quod vere eſt, non quod vere eſt, perfecte autem eſſe lectorum fabricatoris opus vel alius cuiuspiam opificis manu quid facientis ſi quis dixerit, videtur non verum dicturus eſſe? Nullo modo, inquit, ut quidem videbitur eis qui huiusmodi in disputationibus verſantur. Nihil igitur miremur ſi hoc quoque obſcurum aliquid ſit cum veritate collatum. Minime vero. Visne igitur, inquam, in his ipſis quaeramus quis tandem imitator ſit? Si vis, inquit. Nonne tres ſunt hi lecti, unus quidem is qui in natura exſtat, quem dicemus, ut ego arbitror, deum feciſſe; an alium quem cenſes? Nullum, inquit. Alter vero quem faber. Etiam, inquit. Et alter quem pictor; nonne? Eſto. Pictor igitur, lecti fabricator, deus, tres hi praefecti tribus lectorum formis. Sane tres. Ac deus quidem, ſive noluit ſive neceſſitate aliqua coactus eſt non plures quam unum in natura conficere lectum, unum ſolum fabricatus eſt qui lectus eſt per ſe; duo vero huiusmodi vel plures neque procreati ſunt a deo neque procreabuntur. Cur tandem? Quia, inquam, ſi duos ſolos feciſſet, rurſus unus compareret cuius utrique illi formam haberent, eſſetque lectus per ſe hic, non duo illi. Recte, inquit. Quae quidem, opinor, deus cognoſcens, quum vellet veri lecti ſe verum fabricatorem eſſe, non lecti alicuius neque lecti fabricatorem aliquem, unum natura genuit. Patet. Visne igitur hunc quidem naturalem eius opificem appellemus vel tali aliquo nomine afficiamus? Par certe eſt, inquit, ſiquidem natura et hunc et reliqua omnia fecit. Quid vero? fabrum nonne lecti fabricatorem? Vero. Num etiam pictorem fabricatorem et effectorem eius rei? Minime. At quomodo eum

Ἀλλὰ τί αὐτὸν κλίνης φήσεις εἶναι; Τοῦτο, ἦ δ' ὅς, * ἔμοι- E
γε δοκεῖ μετριώτατ' ἂν προσαγορεύεσθαι, μιμητὴς οὖ ἐκεῖ-
νοι δημιουργοί. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, τὸν τοῦ τρίτου ἄρα γεννήματος
ἀπὸ τῆς φύσεως μιμητὴν καλεῖς; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τοῦτ'
ἄρα ἔσται καὶ ὁ τραγῳδοποιός, εἴπερ μιμητής ἐστι, τρίτος τις
ἀπὸ βασιλέως καὶ τῆς ἀληθείας πεφυκώς, καὶ πάντες οἱ ἄλ-
λοι μιμηταί. Κινδυνεύει. Τὸν μὲν δὴ μιμητὴν ὡμολογήκα-
μεν· εἰπὲ δέ μοι * περὶ τοῦ ζωγράφου τόδε· πότερα ἐκεῖνο 598
αὐτὸ τὸ ἐν τῇ φύσει ἕκαστον δοκεῖ σοι ἐπιχειρεῖν μιμεῖσθαι,
ἢ τὰ τῶν δημιουργῶν ἔργα; Τὰ τῶν δημιουργῶν, ἔφη. Ἆρα
οἷα ἔστιν, ἢ οἷα φαίνεται; τοῦτο γὰρ ἔτι διόρισον. Πῶς
λέγεις; ἔφη. Ὧδε· κλίνη, ἐάν τε ἐκ πλαγίου αὐτὴν θεᾷ
ἐάν τε καταντικρὺ ἢ ὁπηοῦν, μή τι διαφέρει αὐτὴ ἑαυτῆς,
ἢ διαφέρει μὲν οὐδέν, φαίνεται δὲ ἀλλοία; καὶ τἆλλα ὡς-
αύτως; Οὕτως, ἔφη· φαίνεται, διαφέρει δ' οὐδέν. Τοῦτο
* δὴ αὐτὸ σκόπει· πρὸς πότερον ἡ γραφικὴ πεποίηται περὶ B
ἕκαστον; πότερα πρὸς τὸ ὄν, ὡς ἔχει, μιμήσασθαι, ἢ πρὸς
τὸ φαινόμενον, ὡς φαίνεται, φαντάσματος ἢ ἀληθείας οὖσα
μίμησις; Φαντάσματος, ἔφη. Πόῤῥω που ἄρα τοῦ ἀληθοῦς
ἡ μιμητικὴ ἔστι, καί, ὡς ἔοικε, διὰ τοῦτο πάντα ἀπεργάζε-
ται, ὅτι σμικρόν τι ἑκάστου ἐφάπτεται, καὶ τοῦτο εἴδωλον.
οἷον ὁ ζωγράφος, φαμέν, ζωγραφήσει ἡμῖν σκυτοτόμον, τέ-
κτονα, τοὺς ἄλλους δημιουργούς, περὶ * οὐδενὸς τούτων C
ἐπαΐων τῶν τεχνῶν· ἀλλ' ὅμως παιδάς τε *) καὶ ἄφρονας
ἀνθρώπους, εἰ ἀγαθὸς εἴη ζωγράφος, γράψας ἂν τέκτονα
καὶ πόῤῥωθεν ἐπιδεικνὺς ἐξαπατῷ ἂν τῷ δοκεῖν ὡς ἀληθῶς
τέκτονα εἶναι. Τί δ' οὔ; Ἀλλὰ γάρ, οἶμαι, ὦ φίλε, τόδε
δεῖ περὶ πάντων τῶν τοιούτων διανοεῖσθαι, ἐπειδάν τις ἡμῖν
ἀπαγγέλλῃ περί του, ὡς ἐνέτυχεν ἀνθρώπῳ πάσας ἐπισταμέ-
νῳ τὰς δημιουργίας καὶ τἆλλα πάντα, ὅσα εἷς ἕκαστος οἶ-
δεν, οὐδὲν * ὅ τι οὐχὶ ἀκριβέστερον ὁτουοῦν ἐπισταμένῳ, ὑπο- D
λαμβάνειν δεῖ τῷ τοιούτῳ ὅτι εὐήθης τις ἄνθρωπος καί, ὡς ἔοι-
κεν, ἐντυχὼν γόητί τινι καὶ μιμητῇ ἐξηπατήθη, ὥστε ἔδοξεν αὐτῷ
πάνσοφος **) εἶναι, διὰ τὸ αὐτὸς μὴ οἷός τ' εἶναι ἐπιστήμην καὶ
ἀνεπιστημοσύνην καὶ μίμησιν ἐξετάσαι. Ἀληθέστατα, ἔφη.

*) ἄλλ. γε. **) ἄλλ. πάσσοφος.

appellabis ratione lecti? Mihi quidem, inquit, videtur rectiſſime appellari imitator eius cuius illi opifices. Itane, inquam, tertii naturae operis imitatorem eum vocas? Sane quidem, inquit. Talis igitur erit etiam tragicus, ſiquidem imitator eſt, tertius aliquis a rege et veritate, omnesque reliqui imitatores. Videtur. De imitatore igitur inter nos convenimus; dic autem mihi de pictore hoc: utrum id ipſum quod in natura exſtat tibi videtur ad imitandum ſumere, an opificum opera? Opificum opera, inquit. Num qualia ſint, an qualia videantur? hoc enim praeterea defini. Quomodo dicis? inquit. Ita: lectus, ſive oblique eum ſpectas ſive e regione ſive quacumque ratione, numquid a ſemet ipſo diverſus eſt, an nihil differt, videtur autem alius? et reliqua ſimiliter? Ita, inquit: videtur, differt autem nihil. Hoc igitur ipſum conſidera: utrum ars pingendi ſpectat in quaque re? huc, ut rem ſicut ſeſe habeat imitetur, an ſicut videatur, ideoque viſi, an veritatis eſt imitatio? Viſi, inquit. Longe igitur a vero abeſt ars imitandi, et, ut videtur, hoc omnia conficit, quod exiquam cuiusque rei partem attingit idque ſimulacrum. velut pictor, dicimus, pinget nobis ſutorem, fabrum reliquosque opifices, nullam harum artium intelligentiam habens; attamen pueros ſtolidosque homines, ſi bonus fuerit pictor pictumque fabrum eminus oſtenderit, decipiet ut videatur eis revera faber eſſe. Quidni? At enim, opinor, amice, ita oportet nos de omnibus his ſentire ut, ſi quis nobis nunciaverit, hominem ſe offendiſſe omnium peritum artium et reliquarum cunctarum rerum, quas ſinguli ſciant, accuratius quam quemvis alium intelligentem, reponamus huic fatuum eum hominem eſſe, et, ut pateat, praeſtigiatorem aliquem quum invenerit atque imitatorem, deceptum eſſe adeo ut viſus ei ſit ille mirifica ſapientia praeditus eſſe, propterea quod ipſe non poſſit ſcientiam et inſcientiam et imitationem explorare. Veriſſime, inquit.

Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, μετὰ τοῦτο ἐπισκεπτέον τήν τε τραγῳδίαν καὶ τὸν ἡγεμόνα αὐτῆς Ὅμηρον, ἐπειδή τινων ἀκούομεν ὅτι οὗτοι πάσας μὲν τέχνας * ἐπίστανται, πάντα δὲ τἀνθρώπεια τὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν, καὶ τά γε θεῖα· ἀνάγκη γὰρ τὸν ἀγαθὸν ποιητήν, εἰ μέλλει, περὶ ὧν ἂν ποιῇ, καλῶς ποιήσειν, εἰδότα ἄρα ποιεῖν, ἢ μὴ οἷόν τε εἶναι ποιεῖν. δεῖ δὴ ἐπισκέψασθαι πότερον μιμηταῖς τούτοις οὗτοι ἐντυχόντες ἐξηπάτηνται καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν ὁρῶντες * οὐκ 599
αἰσθάνονται τριττὰ ἀπέχοντα τοῦ ὄντος καὶ ῥᾴδια ποιεῖν μὴ εἰδότι τὴν ἀλήθειαν (φαντάσματα γάρ, ἀλλ' οὐκ ὄντα ποιοῦσιν), ἤ τι καὶ λέγουσι καὶ τῷ ὄντι οἱ ἀγαθοὶ ποιηταὶ ἴσασι περὶ ὧν δοκοῦσι τοῖς πολλοῖς εὖ λέγειν. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, ἐξεταστέον. Οἴει οὖν, εἴ τις ἀμφότερα δύναιτο ποιεῖν, τό τε μιμηθησόμενον καὶ τὸ εἴδωλον, ἐπὶ τῇ τῶν εἰδώλων δημιουργίᾳ ἑαυτὸν ἀφεῖναι ἂν σπουδάζειν καὶ τοῦτο προστήσασθαι τοῦ ἑαυτοῦ βίου ὡς * βέλτιστον *) ἔχοντα; B
Οὐκ ἔγωγε. Ἀλλ' εἴπερ γε, οἶμαι, ἐπιστήμων εἴη τῇ ἀληθείᾳ τούτων πέρι ἅπερ καὶ μιμεῖται, πολὺ πρότερον ἐν τοῖς ἔργοις ἂν σπουδάσειεν ἢ ἐπὶ τοῖς μιμήμασι, καὶ πειρῷτο ἂν πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα ἑαυτοῦ καταλιπεῖν μνημεῖα, καὶ εἶναι προθυμοῖτ' ἂν μᾶλλον ὁ ἐγκωμιαζόμενος ἢ ὁ ἐγκωμιάζων. Οἶμαι, ἔφη· οὐ γὰρ ἐξ ἴσου ἥ τε τιμὴ καὶ ἡ ὠφέλεια. Τῶν μὲν τοίνυν ἄλλων πέρι μὴ ἀπαιτῶμεν λόγον Ὅμηρον ἢ ἄλλον ὁντινοῦν τῶν ποιητῶν, * ἐρωτῶντες, εἰ C
ἰατρικὸς ἦν τις αὐτῶν, ἀλλὰ μὴ μιμητὴς μόνον ἰατρικῶν λόγων (τίνας γὰρ **) ὑγιεῖς ποιητής τις τῶν παλαιῶν ἢ τῶν νέων λέγεται πεποιηκέναι, ὥσπερ Ἀσκληπιός, ἢ τίνας μαθητὰς ἰατρικῆς κατελίπετο, ὥσπερ ἐκεῖνος τοὺς ἐκγόνους;) μηδ' αὖ περὶ τὰς ἄλλας τέχνας αὐτοὺς ἐρωτῶμεν, ἀλλ' ἐῶμεν· περὶ δὲ ὧν μεγίστων τε καὶ καλλίστων ἐπιχειρεῖ λέγειν Ὅμηρος, πολέμων τε πέρι καὶ στρατηγιῶν καὶ διοικήσεων πόλεων καὶ * παιδείας πέρι ἀνθρώπων ***), δίκαιόν που ἐρωτᾶν D
αὐτὸν πυνθανομένους Ὦ φίλε Ὅμηρε, εἴπερ μὴ τρίτος ἀπὸ

*) ἴσ. τὸ βέλτιστον.
**) ἄλλ. τίνας ὑγιεῖς.
***) γρ. ἀνθρώπου.

Itaque, inquam, deinde quaeſtionem habèri oportet de tragoedia eiusque duce Homero, quoniam e quibusdam audimus hos omnes ſcire artes omniaque tam humana ad virtutem et pravitatem ſpectantia quam diviua; neceſſe eſt enim bonum poëtam, ſi velit ea quae faciat bene facere, ſcientem facere, aut non poſſe facere. oportet igitur indagari utrum imitatores hos illi invenientes decepti fuerint eorumque opera quum ſpectaverint non animadverterint tertio ea gradu diſtare ab eo quod vere ſit et facilia eſſe ad faciendum veritatem ignoranti (viſa enim, non vera fingunt), an aliquid dicant et revera boni poëtae intelligant ea de quibus videantur multitudini bene dicere. Sane quidem, inquit, explorandum. Iam exiſtimas, ſi quis utrumque poſſit facere, et rem imitatione exprimendam et ſimulacrum, ſimulacrorum ſe conſectioni dediturum ſtudioſe et hunc vitae ſuae finem eſſe propoſiturum quaſi optimum nactus ſit? Minime ego. Ac potius, ſi quidem, opinor, intelligens eſt revera eorum quae imitatur, multo prius ad opera ſtudium conferet quam ad imitationes, conabitur multa praeclara ſui relinquere monumenta idque aget ut potius ſit is qui celebretur quam is qui celebret. Arbitror, inquit; neque enim aequalis eſt honor et utilitas. Ac reliquorum quidem non repoſcamus rationem ab Homero vel alio poëta, interrogantes an medicinae aliquis eorum peritus fuerit, non imitator tantum orationum medicarum (quos enim ſanos poëta aliquis de veteribus vel recentioribus dicitur reddidiſſe, quemadmodum Aeſculapius, vel quos diſcipulos in medicina reliquit, ſicut ille poſteros?), neque etiam de reliquis artibus eos interrogemus, ſed ſinamus; de rebus autem maximis et pulcherrimis de quibus conatur dicere Homerus, de bellis et partibus imperatoriis et rebus publicis adminiſtrandis et hominum inſtitutione, par ſine dubio est nos eum interrogare ſciſcitantes O care Homere, ſi non tertio gradu a veritate diſtas, quippe

τῆς ἀληθείας εἶ, ἀρετῆς πέρι εἰδώλου *) δημιουργός, ὃν δὴ μιμητὴν ὡρισάμεθα, ἀλλὰ καὶ δεύτερος, καὶ οἷός τε ἦσθα γιγνώσκειν ποῖα ἐπιτηδεύματα βελτίους ἢ χείρους ἀνθρώπους ποιεῖ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, λέγε ἡμῖν τίς τῶν πόλεων διὰ σὲ βέλτιον ᾤκησεν, ὥσπερ διὰ Λυκοῦργον Λακεδαίμων καὶ δι' ἄλλους πολλοὺς πολλαὶ μεγάλαι * τε καὶ σμικραί; σὲ δὲ τίς E
αἰτιᾶται πόλις νομοθέτην ἀγαθὸν γεγονέναι καὶ σφᾶς ὠφεληκέναι; Χαρῶνδαν μὲν γὰρ Ἰταλία καὶ Σικελία, καὶ ἡμεῖς Σόλωνα· σὲ δὲ τίς; — ἔξει τινὰ εἰπεῖν; Οὐκ οἶμαι, ἔφη ὁ Γλαύκων· οὔκουν λέγεταί γε οὐδ' ὑπ' αὐτῶν Ὁμηριδῶν.
Ἀλλὰ δή τις πόλεμος ἐπὶ Ὁμήρου * ὑπ' ἐκείνου ἄρχοντος ἢ 600
ξυμβουλεύοντος εὖ πολεμηθεὶς μνημονεύεται; Οὐδείς. Ἀλλ', οἷα δὴ τὰ ἔργα σοφοῦ ἀνδρός, πολλαὶ ἐπίνοιαι καὶ εὐμήχανοι εἰς τέχνας ἤ τινας ἄλλας πράξεις λέγονται, ὥσπερ αὖ Θάλεώ τε πέρι τοῦ Μιλησίου καὶ Ἀναχάρσιος τοῦ Σκύθου; Οὐδαμῶς τοιοῦτον οὐδέν. Ἀλλὰ δὴ εἰ μὴ δημοσίᾳ, ἰδίᾳ τισὶν ἡγεμὼν παιδείας αὐτὸς ζῶν λέγεται Ὅμηρος γενέσθαι, οἳ ἐκεῖνον ἠγάπων ἐπὶ ξυνουσίᾳ καὶ τοῖς ὑστέροις ὁδόν τινα
* παρέδοσαν βίου Ὁμηρικήν, ὥσπερ Πυθαγόρας αὐτός τε B
διαφερόντως ἐπὶ τούτῳ ἠγαπήθη, καὶ οἱ ὕστεροι ἔτι καὶ νῦν Πυθαγόρειον τρόπον ἐπονομάζοντες τοῦ βίου διαφανεῖς πῃ δοκοῦσιν εἶναι ἐν τοῖς ἄλλοις; Οὐδ' αὖ, ἔφη, τοιοῦτον οὐδὲν λέγεται· ὁ γὰρ Κρεώφυλος, ὦ Σώκρατες, ἴσως, ὁ τοῦ Ὁμήρου ἑταῖρος, τοῦ ὀνόματος ἂν γελοιότερος ἔτι πρὸς παιδείαν φανείη, εἰ τὰ λεγόμενα περὶ Ὁμήρου ἀληθῆ· λέγεται γὰρ ὡς πολλή τις ἀμέλεια περὶ * αὐτὸν ἦν ἐπ' αὐτοῦ **) ἐκεί- C
νου, ὅτε ἔζη. Λέγεται γὰρ οὖν, ἦν δ' ἐγώ. ἀλλ' οἶει, ὦ Γλαύκων, εἰ τῷ ὄντι οἷός τ' ἦν παιδεύειν ἀνθρώπους καὶ βελτίους ἀπεργάζεσθαι Ὅμηρος, ἅτε περὶ τούτων οὐ μιμεῖσθαι, ἀλλὰ γιγνώσκειν δυνάμενος, οὐκ ἄρα ἂν πολλοὺς ἑταίρους ἐποιήσατο καὶ ἐτιμᾶτο καὶ ἠγαπᾶτο ὑπ' αὐτῶν, ἀλλὰ Πρωταγόρας μὲν ἄρα ὁ Ἀβδηρίτης καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος καὶ ἄλλοι πάμπολλοι δύνανται τοῖς ἐφ' ἑαυτῶν παριστάναι,

---

*) ἴσ. ἀρετῆς εἰδώλου.
**) ἴσ. ἀπ' αὐτοῦ.

virtutis ſimulacri opifex, quem quidem imitatorem definivimus, ſed ſecundo, et potes perſpicere quaenam ſtudia meliores aut deteriores homines efficiant tam privatim quam publice, dic nobis quaenam civitas tuo beneficio melius adminiſtrata fuerit, ſicut per Lycurgum Lacedaemon et per alios multos multae et magnae et parvae? tu autem cuiusnam praedicaris civitatis legis lator bonus fuiſſe eiusque ſerviſſe commodis? Charondam enim Italia et Sicilia, et nos Solonem praedicamus, te autem quis? — num habebit quemquam dicere? Non puto, inquit Glauco; nec ab ipſis certe traditur Homeridis. Num vero bellum aliquod Homeri temporibus hoc ipſo imperante vel conſilium dante bene geſtum narratur? Nullum. At, qualia videlicet ſunt opera viri ſapientis, multaene inventiones atque ingenioſae in artibus aliisque rebus gerendis memorantur, quemadmodum Thaletis Mileſii et Anacharſis Scythae? Nequaquam vero tale quid. At vero ſi non publice, privatimne aliquibus moderator inſtitutionis ipſe dum vixit Homerus dicitur fuiſſe, qui eum dilexerint propter conſuetudinem et poſteris viam quandam vivendi tradiderint Homericam, quemadmodum Pythagoras et ipse prae ceteris hanc ob cauſam diligebatur, et poſteri etiamnunc vitae rationem quam Pythagoream nominant ſequentes illuſtres fere videntur eſſe inter reliquos? Neque etiam, inquit, hoc traditur; nam Creophylus ſane, Socrate, Homeri ille amicus, cultu etiam magis ridiculus reperietur quam nomine, ſi quae de Homero narrantur vera ſunt; dicitur enim admodum negligenter tractatus eſſe ab ipſo illo dum viveret. Dicitur ſane, inquam. at cenſes, Glauco, ſi revera potuiſſet excolere homines melioresque efficere Homerus, quippe eius rei non imitatione, ſed cognitione valens, non multos ſibi amicos comparaturum fuiſſe, a quibus honoraretur ac diligeretur, ſed Protagoram quidem Abderiten et Prodicum Ceum aliosque permultos poſſe aequalibus ſuis perſuadere pri-

ἰδίᾳ * ξυγγιγνόμενοι, ὡς οὔτε οἰκίαν οὔτε πόλιν τὴν αὑτῶν D
διοικεῖν οἷοί τ' ἔσονται, ἐὰν μὴ σφεῖς αὐτῶν ἐπιστατήσωσι
τῆς παιδείας, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦν-
ται, ὥστε μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐ-
τοὺς οἱ ἑταῖροι, Ὅμηρον δ' ἄρα οἱ ἐπ' ἐκείνου, εἴπερ οἷός
τ' ἦν πρὸς ἀρετὴν ὀνῆσαι *) ἀνθρώπους, ἢ Ἡσίοδον ῥα-
ψῳδεῖν ἂν περιιόντας εἴων, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἂν αὐτῶν
ἀντείχοντο ἢ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἠνάγκαζον παρὰ * σφί- E
σιν οἴκοι εἶναι, ἢ εἰ μὴ ἔπειθον, αὐτοὶ ἂν ἐπαιδαγώγουν
ὅπῃ ἦεσαν, ἕως ἱκανῶς παιδείας μεταλάβοιεν; Παντάπασιν,
ἔφη, δοκεῖς μοι, ὦ Σώκρατες, ἀληθῆ λέγειν. Οὐκοῦν τιθῶ-
μεν ἀπὸ Ὁμήρου ἀρξαμένους πάντας τοὺς ποιητικοὺς μιμη-
τὰς εἰδώλων ἀρετῆς εἶναι καὶ τῶν ἄλλων περὶ ὧν ποιοῦσι,
τῆς δὲ ἀληθείας οὐχ ἅπτεσθαι, ἀλλ', ὥσπερ νῦν δὴ ἐλέγο-
μεν, ὁ ζωγράφος σκυτοτόμον ποιήσει δοκοῦντα * εἶναι, αὐ- 601
τός τε οὐκ ἐπαΐων περὶ τῆς σκυτοτομίας καὶ τοῖς μὴ
ἐπαΐουσιν, ἐκ τῶν χρωμάτων δὲ καὶ σχημάτων θεωροῦσιν;
Πάνυ μὲν οὖν. Οὕτω δή, οἶμαι, καὶ τὸν ποιητικὸν φήσο-
μεν χρώματ' ἄττα ἑκάστων τῶν τεχνῶν τοῖς ὀνόμασι καὶ
ῥήμασιν ἐπιχρωματίζειν αὐτὸν οὐκ ἐπαΐοντα ἀλλ' ἢ μιμεῖ-
σθαι, ὥστε ἑτέροις τοιούτοις ἐκ τῶν λόγων θεωροῦσι [δο-
κεῖν], ἐάν τε περὶ σκυτοτομίας τις **) λέγῃ ἐν μέτρῳ καὶ
ῥυθμῷ καὶ ἁρμονίᾳ, πάνυ εὖ δοκεῖν λέγεσθαι, ἐάν τε περὶ
στρατηγίας ἐάν τε * περὶ ἄλλου ὁτουοῦν· οὕτω φύσει αὐτὰ B
ταῦτα μεγάλην τινὰ κήλησιν ἔχειν· ἐπεὶ γυμνωθέντα γε τῶν
τῆς μουσικῆς χρωμάτων τὰ τῶν ποιητῶν, αὐτὰ ἐφ' αὑτῶν
λεγόμενα, οἶμαί σε εἰδέναι οἷα φαίνεται· τεθέασαι γάρ που.
Ἔγωγ', ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἔοικε τοῖς τῶν ὡραίων
προσώποις, καλῶν δὲ μή, οἷα γίγνεται ἰδεῖν, ὅταν αὐτὰ τὸ
ἄνθος προλίπῃ; Παντάπασιν, ἢ δ' ὅς. Ἴθι δὴ τόδε ἄθρει·
ὁ τοῦ εἰδώλου ποιητής, ὁ μιμητής, φαμέν, τοῦ μὲν ὄντος
οὐδὲν ἐπαΐει, τοῦ δὲ φαινομένου· * οὐχ οὕτως; Ναί. Μὴ C
τοίνυν ἡμίσεως αὐτὸ καταλίπωμεν ῥηθέν, ἀλλ' ἱκανῶς ἴδω-
μεν. Λέγε, ἔφη. Ζωγράφος, φαμέν, ἡνίας τε γράψει καὶ

*) γρ. ὀνίναι. ἄλλ. ὀνῆναι. **) ἴσ. τι.

vata consuetudine, neque ad domum neque ad civitatem suam administrandam eos valituros esse nisi ipsi eorum institutioni praesint, et hanc propter sapientiam tantopere diligi, ut tantum non in capite eos circumferant amici, Homerum autem aequales, si potuisset ad virtutem adiuvare homines, vel Hesiodum carmina recitare oberrantes situros fuisse, ac non magis eos appetituros quam aurum et coacturos secum domi habitare, aut, si non persuasissent, ipsos sequuturos fuisse quo illi ivissent, dum satis disciplinae nacti fuissent? Prorsus, inquit, videris mihi, Socrate, vera dicere. Nonne igitur sumamus inde ab Homero omnes poëticos imitatores simulacra virtutis eorumque quae fingant adumbrare, veritatem autem non attingere, sed, ut modo dicebamus, pictor ipse artis sutrinae imperitus sutorem faciet qui videbitur esse artis sutrinae itidem imperitis, rem vero e coloribus et habitu spectantibus? Sane quidem. Ita igitur, opinor, etiam poëticum dicemus colores quosdam cuiusque artis nominibus et verbis inducere, licet ipse nihil sciat nisi imitari, ut aliis eiusdem generis hominibus e verbis rem spectantibus admodum bene videatur dictum esse, sive de arte sutrina aliquid exposuerit versibus, numero et harmonia, sive de arte imperatoria sive de alia quacumque re; tam magnam haec ipsa natura delectationem habere; quamquam poëtarum opera musicae coloribus nudata ipsa per se lecta arbitror te scire qualia videantur; cognovisti enim sine dubio. Ego vero, inquit. Nonne, inquam, similia sunt faciei florentium quidem, sed non pulchrorum, qualis quidem fit ad adspectum, quando flos eam deseruit? Prorsus, inquit. Agedum hoc specta: simulacri effector, imitator, dicimus, non id quod est cognoscit, sed id quod videtur; nonne ita? Etiam. Ne igitur ad dimidias id relinquamus dictum, sed satis videamus. Dic, inquit. Pictor, dicimus, habenas pinget et frenum? Vero. Conficiet

χαλινόν; Ναί. Ποιήσει δέ γε σκυτοτόμος καὶ χαλκεύς; Πάνυ γε. Ἆρ' οὖν ἐπαΐει οἵας δεῖ τὰς ἡνίας εἶναι καὶ τὸν χαλινὸν ὁ γραφεύς; ἢ οὐδ' ὁ ποιήσας ὅ τε χαλκεὺς καὶ ὁ σκυτεύς, ἀλλ' ἐκεῖνος ὅσπερ τούτοις ἐπίσταται χρῆσθαι, μόνος ὁ ἱππικός; Ἀληθέστατα. Ἆρ' οὖν οὐ περὶ πάντα οὕτω φήσομεν ἔχειν; Πῶς; * Περὶ ἕκαστον ταύτας τινὰς τρεῖς D τέχνας εἶναι, χρησομένην, ποιήσουσαν, μιμησομένην; Ναί. Οὐκοῦν ἀρετὴ καὶ κάλλος καὶ ὀρθότης ἑκάστου σκεύους καὶ ζώου καὶ πράξεως οὐ πρὸς ἄλλο τι ἢ τὴν χρείαν ἐστί, πρὸς ἣν ἂν ἕκαστον ᾖ πεποιημένον ἢ πεφυκός; Οὕτως. Πολλὴ ἄρα ἀνάγκη τὸν χρώμενον ἑκάστῳ ἐμπειρότατόν τε εἶναι καὶ ἄγγελον γίγνεσθαι τῷ ποιητῇ οἷα ἀγαθὰ ἢ κακὰ ποιεῖ ἐν τῇ χρείᾳ ᾗ χρῆται· οἷον αὐλητής που αὐλοποιῷ ἐξαγγελεῖ *) περὶ τῶν αὐλῶν οἳ ἂν ὑπηρετῶσιν * ἐν τῷ αὐλεῖν, καὶ ἐπιτάξει E οἵους δεῖ ποιεῖν, ὁ δ' ὑπηρετήσει **). Πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν ὁ μὲν εἰδὼς ἐξαγγελεῖ ***) περὶ χρηστῶν καὶ πονηρῶν αὐλῶν, ὁ δὲ πιστεύων ποιήσει; Ναί. Τοῦ αὐτοῦ ἄρα σκεύους ὁ μὲν ποιητὴς πίστιν ὀρθὴν ἕξει περὶ κάλλους τε καὶ πονηρίας, ξυνὼν τῷ εἰδότι καὶ ἀναγκαζόμενος ἀκούειν * παρὰ 602 τοῦ εἰδότος, ὁ δὲ χρώμενος ἐπιστήμην. Πάνυ γε. Ὁ δὲ μιμητὴς πότερον ἐκ τοῦ χρῆσθαι ἐπιστήμην ἕξει ὧν ἂν γράφῃ, εἴτε καλὰ καὶ ὀρθὰ εἴτε μή, ἢ δόξαν ὀρθὴν διὰ τὸ ἐξ ἀνάγκης ξυνεῖναι τῷ εἰδότι καὶ ἐπιτάττεσθαι οἷα χρὴ γράφειν; Οὐδέτερα. Οὔτε ἄρα εἴσεται οὔτε ὀρθὰ δοξάσει ὁ μιμητὴς περὶ ὧν ἂν μιμῆται πρὸς κάλλος ἢ πονηρίαν. Οὐκ ἔοικεν. Χαρίεις ἂν εἴη ὁ ἐν τῇ ποιήσει †) μιμητικὸς πρὸς σοφίαν περὶ ὧν ἂν ποιῇ. Οὐ πάνυ. Ἀλλ' οὖν * δὴ ὅμως B γε μιμήσεται, οὐκ εἰδὼς περὶ ἑκάστου ὅπῃ πονηρὸν ἢ χρηστόν, ἀλλ', ὡς ἔοικεν, οἷον φαίνεται καλὸν εἶναι τοῖς πολλοῖς τε καὶ μηδὲν εἰδόσι, τοῦτο μιμήσεται. Τί γὰρ ἄλλο; Ταῦτα μὲν δή, ὡς γε φαίνεται, ἐπιεικῶς ἡμῖν διωμολόγηται, τόν τε μιμητικὸν μηδὲν εἰδέναι ἄξιον λόγου περὶ ὧν μιμεῖται, ἀλλ' εἶναι παιδιάν τινα καὶ οὐ σπουδὴν τὴν μίμησιν,

---

*) γρ. ἐξαγγέλλει.
**) γρ. ὁ δ' ὑπηρέτης οὔ.
***) γρ. ἐξαγγέλλει.
†) γρ. μιμήσει.

autem ea ſutor et faber ferrarius? Sane quidem. Num igitur ſcit quales oporteat habenas eſſe et frenum pictor? an nec fabricator faber aerarius et ſutor, ſed is qui illis poteſt uti, ſolus rei equeſtris peritus? Veriſſime. Nonne igitur in omnibus ita dicemus ſe rem habere? Quomodo? In unaquaque re has tres artes eſſe, uſuram, confecturam, imitaturam? Etiam. Nonne igitur virtus et pulchritudo et recta ratio cuiusque ſupellectilis et animalis et actionis nihil aliud ſpectat niſi uſum, ad quem quodque factum eſt vel natum? Ita. Prorſus ergo neceſſe eſt eum qui quoque uſurus ſit peritiſſimum eſſe et nunciare poſſe fabricatori quae bona et mala faciat ad uſum eius quo utatur; velut tibicen, ni fallor, ei qui tibias facit indicabit quaenam tibiae ſerviant tibiarum cantui, et mandabit quales eum oporteat facere, hic vero mandata perſequetur. Quidni? Nonne ille quidem ſciens indicabit quae bonae et malae tibiae, hic vero fidem habens faciet? Etiam. Eiusdem igitur ſupellectilis fabricator fidem rectam habebit de pulchritudine et pravitate, utens ſciente et coactus audire e ſciente, is vero qui eam adhibet ſcientiam. Sane quidem. Imitator vero utrum ex uſu ſcientiam habebit eorum quae pinget, pulchra et recta an ſecus ſint, an opinionem rectam, propterea quod coactus eſt uti ſciente et mandatur ei qualia eum oporteat pingere? Neutrum. Neque igitur ſciet neque recte opinabitur imitator de iis quae imitabitur quod ad pulchritudinem vel pravitatem attinet. Non videtur. Scitus erit qui rem effectam imitatur quod ad ſapientiam earum rerum attinet quas fingit. Haud ſane. Verumtamen imitabitur, neſciens qualenus quidque pravum vel bonum ſit, ſed, ut patet, quod viſum fuerit pulchrum multitudini nullamque rei ſcientiam habentibus, id imitabitur. Quid enim aliud? Hoc igitur, ut videtur, ſatis inter nos convenit, et imitantem nihil ſcire quod operae pretium ſit de eis quae imitetur, ſed ludum quendam eſſe, non ſe-

τούς τε τῆς τραγικῆς ποιήσεως ἁπτομένους ἐν ἰαμβείοις καὶ ἐν ἔπεσι πάντας εἶναι μιμητικοὺς ὡς οἷόν τε μάλιστα. Πάνυ μὲν οὖν.

* Πρὸς Διός, ἦν δ' ἐγώ, τὸ δὲ *) μιμεῖσθαι τοῦτο οὐ C περὶ τρίτον μέν τί **) ἐστιν ἀπὸ τῆς ἀληθείας; ἦ γάρ; Ναί. Πρὸς δὲ δὴ ποῖόν τί ἐστι τῶν τοῦ ἀνθρώπου ἔχον τὴν δύναμιν ἣν ἔχει; Τοῦ ποίου τινὸς πέρι λέγεις; Τοῦ τοιοῦδε. ταὐτόν που ἡμῖν μέγεθος ἐγγύθεν τε καὶ πόῤῥωθεν διὰ τῆς ὄψεως οὐκ ἴσον φαίνεται. Οὐ γάρ. Καὶ τὰ ***) καμπύλα τε καὶ εὐθέα ἐν ὕδατί τε θεωμένοις καὶ ἔξω, καὶ κοῖλά τε δὴ καὶ ἐξέχοντα διὰ τὴν περὶ τὰ χρώματα αὖ πλάνην τῆς ὄψεως, καὶ πᾶσά τις * ταραχὴ δήλη ἡμῖν ἐνοῦσα αὕτη ἐν D τῇ ψυχῇ· ᾧ δὴ ἡμῶν τῷ παθήματι τῆς φύσεως ἡ σκιαγραφία ἐπιθεμένη γοητείας οὐδὲν ἀπολείπει, καὶ ἡ θαυματοποιία καὶ ἄλλαι πολλαὶ τοιαῦται μηχαναί. Ἀληθῆ. Ἆρ' οὖν οὐ τὸ μετρεῖν καὶ ἀριθμεῖν καὶ ἱστάναι βοήθειαι χαριέσταται πρὸς αὐτὰ ἐφάνησαν, ὥστε †) μὴ ἄρχειν ἐν ἡμῖν τὸ φαινόμενον μεῖζον ἢ ἔλαττον ἢ πλέον ἢ βαρύτερον, ἀλλὰ τὸ λογισάμενον καὶ μετρῆσαν ἢ καὶ στῆσαν; Πῶς γὰρ οὔ; * Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε τοῦ λογιστικοῦ ἂν εἴη τοῦ ἐν ψυχῇ E ἔργον. Τούτου γὰρ οὖν. Τούτῳ δὲ ††) πολλάκις μετρήσαντι καὶ σημαίνοντι μεῖζω ἄττα εἶναι ἢ ἐλάττω ἕτερα ἑτέρων ἢ ἴσα, τἀναντία φαίνεται ἅμα περὶ ταὐτά. Ναί. Οὐκοῦν ἔφαμεν τῷ αὐτῷ ἅμα περὶ ταὐτὰ ἐναντία δοξάξειν ἀδύνατον εἶναι; Καὶ ὀρθῶς γ' ἔφαμεν. * Τὸ παρὰ 603 τὰ μέτρα ἄρα δοξάζον τῆς ψυχῆς τῷ κατὰ τὰ μέτρα οὐκ ἂν εἴη ταὐτόν. Οὐ γὰρ οὖν. Ἀλλὰ μὴν τὸ μέτρῳ γε καὶ λογισμῷ πιστεῦον βέλτιστον ἂν εἴη τῆς ψυχῆς. Τί μήν; Τὸ ἄρα τούτῳ ἐναντιούμενον τῶν φαύλων ἄν τι εἴη ἐν ἡμῖν. Ἀνάγκη. Τοῦτο τοίνυν διομολογήσασθαι βουλόμενος ἔλεγον ὅτι ἡ γραφικὴ καὶ ὅλως ἡ μιμητικὴ πόῤῥω μὲν τῆς ἀληθείας οὖσα τὸ αὑτῆς ἔργον ἀπεργάζεται, πόῤῥω δ' αὖ φρονήσεως * ὄντι τῷ ἐν ἡμῖν προσομιλεῖ τε καὶ ἑταίρα καὶ B φίλη ἐστὶν ἐπ' οὐδενὶ ὑγιεῖ οὐδ' ἀληθεῖ. Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς. Φαύλη ἄρα φαύλῳ ξυγγιγνομένη φαῦλα γεννᾷ ἡ μι-

*) ἄλλ. δὲ δή. **) ἴσ. μέντοι. ***) ἄλλ. ταὐτά.
†) γρ. ὥς γε. ††) γρ. δή.

riam occupationem imitationem, et eos qui tragicam poëſin attingant iambicis et herois verſibus omnes eſſe imitatores quam maxime fieri poſſit. Sane quidem.

At hercle, inquam, imitari illud nonne tertium fere eſt a veritate? an non ita? Ita. Ad quamnam vero rerum humanarum vim habet quam habet? De quo rogas? De hoc. eadem nobis magnitudo cominus et eminus ſpectata non aequalis videtur. Minime vero. Nec curva et recta tam in aqua ſpectantibus quam extra, neque etiam cava et eminentia propter viſus in coloribus errorem, et univerſam hanc liquet perturbationem ineſſe in animo noſtro; in quam quidem naturae noſtrae affectionem pictura quae verum ſimulat invadens praeſtigiarum nihil praetermittit et ars miraculis decipiendi et aliae multae huiusmodi machinationes. Vera. Nonne autem metiendi et numerandi et ponderandi artes ſubſidia belliſſima illis repertae ſunt, ut ne imperet in nobis id quod videatur maius vel minus vel plus vel gravius, ſed id quod numeret et metiatur et ponderet? Quidni? Atqui hoc eius animi partis opus erit quae rationis eſt particeps. Eius vero. Huic autem licet ſaepius menſa ſit et ſignificet maiora eſſe vel minora alia aliis aut aequalia, contraria videntur ſimul de rebus eisdem. Etiam. Nonne vero diximus fieri non poſſe ut eadem animi parte ſimul de eisdem contraria quis opinetur? Ac certe quidem id diximus. Ea igitur animi pars quae contra menſuram opinatur non eadem erit atque ea quae ſecundum menſuram. Non erit. Iam vero ea quae metiendo et ratiocinando confidit optima erit animi noſtri pars. Quidni? Ea igitur quae huic repugnat vilium aliqua erit in nobis partium. Neceſſario. Hoc ipſum vero ut inter nos conveniret dicebam artem pingendi et in univerſum imitandi procul a veritate remotam opus ſuum facere, parte a prudentia procul remota uti eique ſociam et amicam eſſe nihil probi nec veri ſpectantem. Prorſus, inquit. Vilis ergo vili utens vilia procreat ars

μητική. Ἔοικεν. Πότερον, ἦν δ' ἐγώ, ἡ κατὰ τὴν ὄψιν μόνον, ἢ καὶ ἡ κατὰ τὴν ἀκοήν, ἣν δὴ ποίησιν ὀνομάζομεν; Εἰκός γ', ἔφη, καὶ ταύτην. Μὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τῷ εἰκότι μόνον πιστεύσωμεν ἐκ τῆς γραφικῆς, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτὸ αὖ ἔλθωμεν τῆς * διανοίας τοῦτο ᾧ προσομιλεῖ C ἡ τῆς ποιήσεως μιμητική, καὶ ἴδωμεν, φαῦλον ἢ σπουδαῖόν ἐστιν. Ἀλλὰ χρή. Ὧδε δὴ προθώμεθα. πράττοντας, φαμέν, ἀνθρώπους μιμεῖται ἡ μιμητικὴ βιαίους ἢ ἑκουσίας πράξεις, καὶ ἐκ τοῦ πράττειν ἢ εὖ οἰομένους ἢ κακῶς πεπραγέναι, καὶ ἐν τούτοις δὴ πᾶσιν ἢ λυπουμένους ἢ χαίροντας. μή τι ἄλλο ἦν *) παρὰ ταῦτα; Οὐδέν. Ἆρ' οὖν ἐν ἅπασι τούτοις ὁμονοητικῶς ἄνθρωπος διάκειται; * ἢ ὥσπερ D κατὰ τὴν ὄψιν ἐστασίαζε καὶ ἐναντίας εἶχεν ἐν ἑαυτῷ δόξας ἅμα περὶ τῶν αὐτῶν, οὕτω καὶ ἐν ταῖς πράξεσι στασιάζει τε καὶ μάχεται αὐτὸς αὑτῷ; ἀναμιμνήσκομαι δὲ ὅτι τοῦτό γε νῦν οὐδὲν δεῖ ἡμᾶς διομολογεῖσθαι· ἐν γὰρ τοῖς ἄνω λόγοις ἱκανῶς πάντα ταῦτα διωμολογησάμεθα, ὅτι μυρίων τοιούτων ἐναντιωμάτων ἅμα γιγνομένων **) ἡ ψυχὴ γέμει ἡμῶν. Ὀρθῶς, ἔφη. Ὀρθῶς γάρ, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλ' ὃ τότε ἀπελίπομεν, * νῦν μοι δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι διεξελ- E θεῖν. Τὸ ποῖον; ἔφη. Ἀνήρ, ἦν δ' ἐγώ, ἐπιεικὴς τοιᾶσδε τύχης μετασχών, υἱὸν ἀπολέσας ἢ τι ἄλλο ὧν περὶ πλείστου ποιεῖται, ἐλέγομέν που καὶ τότε ὅτι ῥᾷστα οἴσει τῶν ἄλλων. Πάνυ γε. Νῦν δέ γε τόδε ἐπισκεψώμεθα, πότερον οὐδὲν ἀχθέσεται, ἢ τοῦτο μὲν ἀδύνατον, μετριάσει δέ πως πρὸς λύπην. Οὕτω μᾶλλον, ἔφη, τό γε ἀληθές. * Τόδε ***) νῦν μοι 604 περὶ αὐτοῦ εἰπέ· πότερον μᾶλλον αὐτὸν οἴει τῇ λύπῃ μαχεῖσθαί τε καὶ ἀντιτενεῖν †), ὅταν ὁρᾶται ὑπὸ τῶν ὁμοίων, ἢ ὅταν ἐν ἐρημίᾳ μόνος αὐτὸς καθ' αὑτὸν γίγνηται; Πολύ που, ἔφη, διοίσει ὅταν ὁρῶται. Μονωθεὶς δέ γε, οἶμαι, πολλὰ μὲν τολμήσει φθέγξασθαι, ἃ εἴ τις αὐτοῦ ἀκούσι αἰσχύνοιτ' ἄν, πολλὰ δὲ ποιήσει ἃ οὐκ ἂν δέξαιτό τινα ἰδεῖν δρῶντα. Οὕτως ἔχει, ἔφη. Οὐκοῦν τὸ μὲν ἀντιτείνειν διακελευόμενον λόγος καὶ νόμος ἐστί, τὸ δὲ ἕλκον * ἐπὶ τὰς B

*) γρ. ἤ, ἄλλ. ἦ.
**) γρ. ἐναντ. γιγνομένων.
***) γρ. Τὸ δὲ.
†) γρ. ἀντιτείνειν.

imitandi. Videtur. Utrum, inquam, ea tantum quae ad viſum ſpectat, an ea quoque quae ad auditum, quam quidem poëſin vocamus? Videtur ſane, inquit, haec quoque. Nec tamen, inquam, ei tantum confidamus quod videtur ex arte pingendi, ſed ad ipſam hanc animi partem pergamus qua utitur poëtica imitatio, et videamus vile an laudabile ſit. Oportet ſane. Ita igitur conſideremus. agentes, dicimus, homines imitatur ars imitandi vi vel ſponte indeque arbitrantes vel ſecundam vel adverſam ſibi fortunam obtigiſſe, atque etiam his omnibus aut dolentes aut gaudentes. numquid alio ſe modo res habet quam hoc? Nullo alio. Utrum igitur in omnibus his concordi homo eſt animo? an quemadmodum ad viſum diſſidet et contrarias in ſe habet opiniones ſimul de eisdem, ita etiam in actionibus diſſidet ipſeque ſecum pugnat? memini autem hoc nunc inter nos conveniat non oportere; ſupra enim ſatis omnia haec inter nos convenerunt, innumerabilibus eiusmodi repugnantiis ſimul exſiſtentibus plenum eſſe animum noſtrum. Recte, inquit. Recte vero, inquam, ſed quod tunc praetermiſimus, id nunc mihi videtur exponendum eſſe. Quidnam? inquit. Virum, inquam, modeſtum hac calamitate afflictum ut filium perdiderit vel aliud quid eorum quae plurimi faceret, diximus tunc quoque praeceteris id facile laturum eſſe. Sane quidem. Nunc vero hoc quaeramus, utrum nihil doliturus ſit, an hoc quidem fieri nequeat, moderaturus autem fere ſit dolori. Ita magis, inquit, verum. Hoc nunc mihi de eo dic: utrum magis cenſes fore ut dolori repugnet et reſiſtat quum conſpiciatur a ſimilibus, an quum in ſolitudine per ſe ipſe verſetur? Multum ſane, inquit, differet quum conſpiciatur. Deſertus autem quum erit, opinor, multa ſuſtinebit proferre, quorum ſi quis audiret ipſum puderet, multa quoque faciet quae ſe facientem non cuperet a quoquam videri. Ita habet, inquit. Nonne id quod ut reſiſtamus cohortatur ratio et lex eſt, id vero

λύπας αὐτὸ τὸ πάθος; Ἀληθῆ. Ἐναντίας δὲ δὴ *) ἀγωγῆς B
γιγνομένης ἐν τῷ ἀνθρώπῳ περὶ τὸ αὐτὸ ἅμα δύο φαμὲν
αὐτῷ ἀναγκαῖον εἶναι **). Πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν τὸ μὲν ἕτε-
ρον τῷ νόμῳ ἕτοιμον πείθεσθαι, ἦ ὁ νόμος ἐξηγεῖται; Πῶς;
Λέγει που ὁ νόμος ὅτι κάλλιστον ὅτι μάλιστα ἡσυχίαν ἄγειν
ἐν ταῖς ξυμφοραῖς καὶ μὴ ἀγανακτεῖν, ὡς οὔτε δήλου ὄντος
τοῦ ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ τῶν τοιούτων, οὔτε εἰς τὸ πρόσ-
θεν οὐδὲν προβαῖνον τῷ χαλεπῶς φέροντι, οὔτε τι τῶν ἀν-
θρωπίνων * ἄξιον ὂν μεγάλης σπουδῆς, ὅ τε δεῖ ἐν αὐτοῖς C
ὅτι τάχιστα παραγίγνεσθαι ἡμῖν, τούτῳ ἐμποδὼν γιγνόμενον
τὸ λυπεῖσθαι. Τίνι, ἦ δ' ὅς, λέγεις; Τῷ βουλεύεσθαι, ἦν
δ' ἐγώ, περὶ τὸ γεγονὸς καὶ ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων πρὸς
τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὐτοῦ πράγματα, ὅπῃ ὁ λόγος αἱ-
ρεῖ βέλτιστ' ἂν ἔχειν, ἀλλὰ μὴ προσπταίσαντας, καθάπερ
παῖδας, ἐχομένους τοῦ πληγέντος ἐν τῷ βοᾶν διατρίβειν, ἀλλ'
ἀεὶ ἐθίζειν τὴν ψυχὴν ὅτι τάχιστα γίγνεσθαι πρὸς * τὸ D
ἰᾶσθαί τε καὶ ἐπανορθοῦν τὸ πεσόν τε καὶ νοσῆσαν, ἰατρι-
κῇ τὴν θρηνῳδίαν ***) ἀφανίζοντα. Ὀρθότατα γοῦν ἄν τις,
ἔφη, πρὸς τὰς τύχας οὕτω προσφέροιτο. Οὐκοῦν, φαμέν,
τὸ μὲν βέλτιστον τούτῳ τῷ λογιστικῷ ἐθέλει ἕπεσθαι; Δῆλον
δή. Τὸ δὲ πρὸς τὰς ἀναμνήσεις τε τοῦ πάθους καὶ πρὸς
τοὺς ὀδυρμοὺς ἄγον καὶ ἀπλήστως ἔχον αὐτῶν ἆρ' οὐκ ἀλό-
γιστόν τε φήσομεν εἶναι καὶ ἀργὸν καὶ δειλίας φίλον; Φήσομεν
μὲν οὖν. Οὐκοῦν τὸ μὲν πολλὴν μίμησιν καὶ ποικίλην * ἔχει, τὸ E
ἀγανακτητικόν †), τὸ δὲ φρόνιμόν τε καὶ ἡσύχιον ἦθος, παρα-
πλήσιον ὂν ἀεὶ αὐτὸ αὑτῷ, οὔτε ῥᾴδιον μιμήσασθαι οὔτε μιμούμε-
νον εὐπετὲς καταμαθεῖν, ἄλλως τε καὶ πανηγύρει καὶ παντοδαποῖς
ἀνθρώποις εἰς θέατρα ξυλλεγομένοις; ἀλλοτρίου γάρ που πά-
θους ἡ μίμησις αὐτοῖς γίγνεται. * Παντάπασιν μὲν οὖν. 605
Ὁ δὴ μιμητικὸς ποιητὴς δῆλον ὅτι οὐ πρὸς τὸ τοιοῦτον
τῆς ψυχῆς πέπηγε καὶ ἡ σοφία αὐτοῦ τούτῳ ἀρέσκειν πέ-
φυκεν ††), εἰ μέλλει εὐδοκιμήσειν ἐν τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ

---

*) γρ. δέ. **) ἄλλ. δύο τινέ φαμεν ἐν αὐτῷ ἀναγκ. εἶ-
ναι. ἴσ. ἅμα δύο, φαμέν, ἐν αὐτῷ ἀναγκαῖον εἶναι.
***) γρ. νοσῆσαν, θρηνῳδίαν. †) γρ. ἀγαναικτικόν.
††) γρ. ψυχῆς πέφυκέ γε — ἀρέσκειν πέπηγεν.

quod trahit ad dolores ipſa affectio? Vera. Contrarius autem quum ductus in homine exſiſtat de eodem duo ſimul dicimus neceſſario in eo eſſe. Quidni? Nonne unum paratum eſt legi obtemperare quomodo lex praeſcribit? Quomodo? Dicit videlicet lex pulcherrimum eſſe quam maxime tranquillo eſſe animo in rebus adverſis nec aegre ferre, quum neque liqueat num quid boni an mali ſit in eis quae acciderint, neque amplius quid proficiat qui moleſte illa ferat, neque rerum humanarum quaequam magno ſit ſtudio digna, ei denique quod in hac cauſa quam celerrime nobis debeat praeſto eſſe, impedimento ſit dolor. Quidnam, inquit, hoc dicis? Deliberationem, inquam, de eo quod factum eſt, ut ſicut in teſſerarum iactu prout ceciderunt tali res tuas disponas, quomodo ratio docet optime ſe habituras eſſe, non, ſi offenderis, ſicut pueri, manu tenens partem percuſſam in clamore tollendo perſeveres, ſed ſemper adſuefacias animum quam primum ſe convertere ad ſanandum et erigendum id quod lapſum morboque affectum eſt, medicina lamentationem exſtinguens. Rectiſſime ſane quis, inquit, adverſum fortunas ita ſeſe exhibebit. Nonne, dicimus, optimum quidem huic animi parti quae mentis et conſili eſt quin obtemperet non recuſat? Liquet vero. Illud autem quod ad recordationes caſus et ad luctus ducit eisque ſatiari nequit, nonne rationis expers dicemus eſſe et ſegne et ignaviae amicum? Dicemus vero. Nonne querulum illud multam imitationem atque variam admittit, prudens vero et tranquillus animus, qui ſemper aequabilem ſe praebet, neque facilis eſt ad imitandum neque imitando expreſſus proclivis perſpectu, praeſertim feſto coetui hominibusque omnis generis ad theatra confluentibus? alienae enim affectionis haec eis imitatio contingit. Prorſus ſic ſe habet. Poëtam igitur imitantem patet non in hanc animi partem mentem defigere nec ſapientiam eius ita comparatam eſſe ut huic placeat, ſi laudem aſſequuturus ſit

πρὸς τὸ ἀγανακτητικόν τε καὶ ποικίλον ἦθος διὰ τὸ εὐμίμητον εἶναι. Δῆλον. Οὐκοῦν δικαίως ἂν αὐτοῦ ἤδη ἐπιλαμβανοίμεθα, καὶ τιθεῖμεν ἀντίστροφον αὐτὸν τῷ ζωγράφῳ· καὶ γὰρ τῷ φαῦλα ποιεῖν πρὸς ἀλήθειαν ἔοικεν αὐτῷ, καὶ τῷ πρὸς ἕτερον τοιοῦτον ὁμιλεῖν τῆς * ψυχῆς, ἀλλὰ μὴ B πρὸς τὸ βέλτιστον, καὶ ταύτῃ ὡμοίωται· καὶ οὕτως ἤδη ἂν ἐν δίκῃ οὐ παραδεχοίμεθα εἰς μέλλουσαν εὐνομεῖσθαι πόλιν, ὅτι τοῦτ' ἐγείρει τῆς ψυχῆς καὶ τρέφει καὶ ἰσχυρὸν ποιῶν *) ἀπόλλυσι τὸ λογιστικόν. ὥσπερ ἐν πόλει, ὅταν τις μοχθηροὺς ἐγκρατεῖς ποιῶν παραδιδῷ τὴν πόλιν, τοὺς δὲ χαριεστέρους φθείρῃ, ταὐτὸν καὶ τὸν μιμητικὸν ποιητὴν φήσομεν κακὴν πολιτείαν ἰδίᾳ ἑκάστου τῇ ψυχῇ ἐμποιεῖν, τῷ ἀνοήτῳ αὐτῆς χαριζόμενον καὶ οὔτε τὰ μείζω * οὔτε τὰ ἐλάττω διαγιγνώ- C σκοντι, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ τοτὲ μὲν μεγάλα ἡγουμένῳ, τοτὲ δὲ σμικρά, εἴδωλα εἰδωλοποιοῦντι, τοῦ δὲ ἀληθοῦς πόρρω πάνυ ἀφεστῶτι **). Πάνυ μὲν οὖν.

Οὐ μέντοι πω τό γε μέγιστον κατηγορήκαμεν αὐτῆς· τὸ γὰρ καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς ἱκανὴν εἶναι λωβᾶσθαι, ἐκτὸς πάνυ τινῶν ὀλίγων, πάνδεινόν που. Τί δ' οὐ μέλλει, εἴπερ γε δρᾷ αὐτό; Ἀκούων σκόπει· οἱ γάρ που βέλτιστοι ἡμῶν ἀκροώμενοι Ὁμήρου ἢ καὶ ἄλλου τινὸς τῶν τραγῳδοποιῶν * μιμουμένου τινὰς τῶν ἡρώων ἐν πένθει ὄντας καὶ μακρὰν D ῥῆσιν ἀποτείνοντας †) ἐν τοῖς ὀδυρμοῖς ἢ καὶ ᾄδοντάς ††) τε καὶ κοπτομένους, οἶσθ' ὅτι χαίρομέν τε καὶ ἐνδόντες ἡμᾶς αὐτοὺς ἑπόμεθα, ξυμπάσχοντές τε καὶ σπουδάζοντες ἐπαινοῦμεν ὡς ἀγαθὸν ποιητὴν ὃς ἂν ἡμᾶς ὅτι μάλιστα οὕτω διαθῇ. Οἶδα· πῶς δ' οὔ; Ὅταν δὲ οἰκεῖόν τινι ἡμῶν κῆδος γένηται, ἐννοεῖς αὖ ὅτι ἐπὶ τῷ ἐναντίῳ καλλωπιζόμεθα, ἂν δυνώμεθα ἡσυχίαν ἄγειν καὶ καρτερεῖν, * ὡς τοῦτο E μὲν ἀνδρὸς ὄν, ἐκεῖνο δὲ γυναικός, ὃ τότε ἐπῃνοῦμεν. Ἐννοῶ, ἔφη. Ἦ καλῶς οὖν, ἦν δ' ἐγώ, οὗτος ὁ ἔπαινος ἔχει, τὸ ὁρῶντα τοιοῦτον ἄνδρα, οἷον ἑαυτόν τις μὴ ἀξιοῖ

---

*) γρ. ποιοῦν. **) ἴσ. εἰδωλοποιοῦντα — ἀφεστῶτα.
†) ἄλλ. τινὰ — ὄντα — ἀποτείνοντα. ††) ἴσ. κλαίοντάς.

apud multitudinem, ſed in querulos et varios mores, quia faciles ſunt ad imitandum. Patet vero. Recte igitur eum iam reprehendemus et ex altera parte ponemus pictori reſpondere; nam in eo quod vilia fingit ad veritatem ſimilis eſt illius, et quod conſuetudo ipſi eſt cum animi parte ſimiliter affecta, et non cum optima, etiam in hoc eius ſimilis eſt; et hac quidem ratione iure iam non recipiemus eum civitate quae futura ſit bene conſtituta, quoniam hanc animi partem excitat et alit eamque corroborans perdit hanc quae rationis et conſili eſt. quemadmodum enim in civitate, quum quis improbos potentes reddit eisque civitatem committit, ſcitiores autem perdit, eodem modo etiam poëtam in imitatione verſantem dicemus pravam civitatem ſeparatim in cuiusque animo iniicere, inſipienti eius parti indulgentem, quae quidem neque maiora neque minora discernit, ſed eadem modo pro magnis habet modo pro parvis, ſimulacra fingentem, a vero autem ſane longe remotum. Sane quidem.

Nondum autem poëſin in eo quod maximum eſt accuſavimus; hoc enim quod etiam ad modeſtos valet depravandos, perpaucis quibusdam exceptis, graviſſimum ſane. Quidni, ſiquidem hoc committit? Accipe et perpende. etenim optimos noſtrûm audientes Homerum vel etiam alium quem tragicorum imitantem aliquos heroum in luctu verſantes longasque lamentationes proferentes vel etiam plorantes et plangentes, ſcis gaudio affici, ſe dedentes ſequi et condoleſcentes, idque ſerio, et ſtudioſe laudare ut bonum poëtam quicumque nos quam maxime ita afficiat. Scio: quidni? Quando vero aliquis noſtrûm in propriam quandam aegritudinem inciderit, animadvertis eum in contrario ſe iactare, ſi poſſit tranquillus eſſe ſibique temperare, quippe hoc virile exiſtimantem, illud vero quod tum laudabamus muliebre. Animadverto, inquit. Num igitur, inquam, recte habet haec laudatio, ſi quis eiusmodi virum videns, qua-

εἶναι, ἀλλ' αἰσχύνοιτο ἄν, μὴ βδελύττεσθαι, ἀλλὰ χαίρειν τε καὶ ἐπαινεῖν; Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, οὐκ εὐλόγῳ ἔοικεν. * Ναί, ἦν δ' ἐγώ, εἰ ἐκείνῃ γ' αὐτὸ σκοποίης. Πῇ; Εἰ ἐνθυ- 606
μοῖο ὅτι τὸ βίᾳ κατεχόμενον τότε ἐν ταῖς οἰκείαις ξυμφοραῖς καὶ πεπεινηκὸς τοῦ δακρῦσαί τε καὶ ἀποδύρασθαι ἱκανῶς καὶ ἀποπλησθῆναι, φύσει ὂν τοιοῦτον οἷον τούτων ἐπιθυμεῖν, τότ' ἐστὶ τοῦτο τὸ ὑπὸ τῶν ποιητῶν πιμπλάμενον καὶ χαῖρον, τὸ δὲ φύσει βέλτιστον ἡμῶν, ἅτε οὐχ ἱκανῶς πεπαιδευμένον λόγῳ οὐδὲ ἔθει, ἀνίησι τὴν φυλακὴν τοῦ θρηνώδους τούτου, ἅτε ἀλλότρια * πάθη θεωροῦν καὶ ἑαυ- B
τῷ οὐδὲν αἰσχρὸν ὄν, εἰ ἄλλος ἀνὴρ ἀγαθὸς φάσκων εἶναι ἀκαίρως πενθεῖ, τοῦτον ἐπαινεῖν καὶ ἐλεεῖν, ἀλλ' ἐκεῖνο κερδαίνειν ἡγεῖται, τὴν ἡδονήν, καὶ οὐκ ἂν δέξαιτο αὐτῆς στερηθῆναι καταφρονήσας ὅλου τοῦ ποιήματος· λογίζεσθαι γάρ, οἶμαι, ὀλίγοις τισὶ μέτεστιν ὅτι ἀπολαύειν *) ἀνάγκη ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων εἰς τὰ οἰκεῖα· θρέψαντα γὰρ ἐν ἐκείνοις ἰσχυρὸν τὸ ἐλεεινὸν **) οὐ ῥᾴδιον ἐν τοῖς αὑτοῦ πάθεσι κατέχειν. Ἀληθέστατα, * ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐχ ὁ αὐτὸς C
λόγος καὶ περὶ τοῦ γελοίου; ὅ τι ἂν αὐτὸς αἰσχύνῃ ***) γελωτοποιῶν, ἐν μιμήσει δὲ κωμῳδικῇ ἢ καὶ ἰδίᾳ ἀκούων σφόδρα χαρῇς καὶ μιμήσῃ †), ταὐτὸν ποιεῖς ὅπερ ἐν τοῖς ἐλέοις. Ὃ γὰρ τῷ λόγῳ αὖ κατεῖχες ἐν σαυτῷ βουλόμενον γελωτοποιεῖν, φοβούμενος δόξαν βωμολοχίας, τότ' αὖ ἀνίεις, καὶ ἐκεῖ νεανικὸν ποιήσας ἔλαθες πολλάκις ἐν τοῖς οἰκείοις ἐξενεχθεὶς ὥστε κωμῳδοποιὸς γενέσθαι. Καὶ μάλα, ἔφη. * Καὶ περὶ ἀφροδισίων δὴ καὶ θυμοῦ καὶ περὶ πάν- D
των τῶν ἐπιθυμητικῶν τε καὶ λυπηρῶν καὶ ἡδέων ἐν τῇ ψυχῇ, ἃ δή φαμεν πάσῃ πράξει ἡμῖν ἕπεσθαι, ὅτι ††) τοιαῦτα ἡμᾶς ἡ ποιητικὴ μίμησις ἐργάζεται· τρέφει γὰρ ταῦτα ἄρδουσα δέον αὐχμεῖν, καὶ ἄρχοντα ἡμῖν καθίστησι δέον ἄρχεσθαι αὐτά, ἵνα βελτίους τε καὶ εὐδαιμονέστεροι ἀντὶ χειρόνων καὶ ἀθλιωτέρων γιγνώμεθα. Οὐκ ἔχω ἄλλως φάναι, ἢ δ' ὅς. Οὐκοῦν, εἶπον, ὦ Γλαύκων, ὅταν * Ὁμήρου E

*) Ἰσ. ἀπολαβεῖν. **) Ἰσ ἐλεινόν. ***) Ἄλλ. αἰσχύνοιο.
†) Ἄλλ. καὶ μισήσῃ ὡς πονηρά Ἰσ. γελωτοποιῶν καὶ μισῇς ὡς πονηρὰ ἐν μιμήσει — χαρῇς. ταὐτὸν ποιεῖς κτλ. ††) Ἰσ. τὰ. ἢ· ταὐτὰ ταῦτα.

lem ſe ipſum eſſe nollet, ſed ſe puderet, non deteſtatur, ſed gaudet et probat? Haudquaquam hercle, inquit, rationi conſentaneum eſt. Etiam, inquam, ſi ita id conſideres. Quomodo? Si reputes id quod vi tum repreſſum fuerit in propriis calamitatibus et concupiverit flere, lamentari ſatis et expleri, quippe quod natura ſit eiusmodi quod illa appetat, id tum eſſe illud quod a poëtis impleatur et gaudio cumuletur, partem vero noſtri natura optimam, quippe non ſatis inſtitutam ratione et more, remittere cuſtodiam flebilis illius, quoniam alienos caſus ſpectet ipſique non turpe videatur, ſi alius vir bonum ſe eſſe prae ſe ferens immoderate maereat, hunc laudare eiusque miſereri, ſed voluptatem ſe lucrari exiſtimet nec voluerit ea privari contempto univerſo carmine; in perpaucos enim, opinor, cadit ut reputent fieri non poſſe quin aliena in noſtra transferamus; neque enim qui in illis miſerationem aluit et confirmavit, is facile eam poteſt in ſuis ipſe fortunis reprimere. Veriſſime, inquit. Nonne eadem eſt ridiculi ratio? in omnibus enim quae riſus movendi cauſa te facere pudet, et quae ut prava odiſti, in imitatione vero comica vel etiam privatim magna cum voluptate audis, idem facis quod in miſeratione. quod enim ratione itidem cohibuiſti in te appetens illud quidem riſus concitandi, veritus famam ſcurrilis dicacitatis, id tum remittis, et, quum ibi id corroboraveris, ſaepenumero inſciens in eis quae ipſe facis adeo abriperis ut comicum te praebeas. Sane quidem, inquit. Etiam quod ad amorem attinet et excandeſcentiam omnesque cupiditates, dolores et voluptates in animo, quae quidem dicimus quamque nobis actionem ſequi, idem nobis poëtica imitatio efficit: alit enim illa atque rigat quum oporterent areſcere, et rectores nobis imponit quum oporterent regi, ut meliores ac beatiores e deterioribus et miſerioribus evaderemus. Non habeo aliter dicere, inquit. Itaque, inquam, Glauco, quando Homeri laudatores offendis di-

ἐπαινέταις ἐντύχῃς λέγουσιν ὡς τὴν Ἑλλάδα πεπαίδευκεν οὗτος ὁ ποιητὴς καὶ πρὸς διοίκησίν τε καὶ παιδείαν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἄξιος *) ἀναλαβόντι μανθάνειν τε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν ποιητὴν πάντα τὸν αὑτοῦ βίον κατασκευασάμενον ζῆν, * φιλεῖν μὲν χρὴ καὶ ἀσπάζεσθαι ὡς ὄντας 607
βελτίστους εἰς ὅσον δύνανται, καὶ ξυγχωρεῖν Ὅμηρον ποιητικώτατον εἶναι καὶ πρῶτον τῶν τραγῳδοποιῶν, εἰδέναι δὲ ὅτι ὅσον μόνον ὕμνους θεοῖς καὶ ἐγκώμια τοῖς ἀγαθοῖς **) ποιήσεως παραδεκτέον εἰς πόλιν, εἰ δὲ τὴν ἡδυσμένην μοῦσαν παραδέξει ἐν μέλεσιν ἢ ἔπεσιν, ἡδονή σοι καὶ λύπη ἐν τῇ πόλει βασιλεύσετον ἀντὶ νόμου τε καὶ τοῦ κοινῇ ἀεὶ δόξαντος εἶναι βελτίστου λόγου ***). Ἀληθέστατα, ἔφη.

* Ταῦτα δή, ἔφην, ἀπολελογήσθω ἡμῖν ἀναμνησθεῖσι B
περὶ ποιήσεως, ὅτι εἰκότως ἄρα τότε αὐτὴν ἐκ τῆς πόλεως ἀπεστέλλομεν τοιαύτην οὖσαν· ὁ γὰρ λόγος ἡμᾶς ἦρει. προσείπωμεν δὲ αὐτῇ, μὴ καί τινα σκληρότητα ἡμῶν καὶ ἀγροικίαν καταγνῷ, ὅτι παλαιὰ μέν τις διαφορὰ φιλοσοφίᾳ τε καὶ ποιητικῇ· καὶ γὰρ ἡ λακέρυζα πρὸς δεσπότην †) κύων ἐκείνη κραυγάζουσα καὶ μέγας ἐν ἀφρόνων κενεαγορίαισι καὶ ὁ τῶν διὰ ††) σοφῶν * ὄχλος C
κρατῶν καὶ οἱ λεπτῶς μεριμνῶντες, ὅτι ἄρα πένονται καὶ †††) ἄλλα μυρία σημεῖα παλαιᾶς ἐναντιώσεως τούτων. ὅμως δὲ εἰρήσθω ὅτι ἡμεῖς γε, εἴ τινα ἔχοι λόγον εἰπεῖν ἡ πρὸς ἡδονὴν ποιητικὴ καὶ ἡ μίμησις, ὡς χρὴ αὐτὴν εἶναι ἐν πόλει εὐνομουμένῃ, ἄσμενοι ἂν καταδεχοίμεθα, ὡς ξύνισμέν γε ἡμῖν αὐτοῖς κηλουμένοις ὑπ' αὐτῆς. ἀλλὰ γὰρ τὸ δοκοῦν ἀληθὲς οὐχ ὅσιον προδιδόναι. ἦ γάρ, ὦ φίλε, οὐ κηλεῖ ὑπ' αὐτῆς καὶ σύ, καὶ μάλιστα * ὅταν δι' D
Ὁμήρου θεωρῇς αὐτήν; Πολύ γε. Οὐκοῦν δικαία ἐστὶν οὕτω κατιέναι ἀπολογησομένη ἢ ἐν μέλει ἤ τινι ἄλλῳ μέτρῳ; Πάνυ μὲν οὖν. Δοῖμεν δέ γέ που ἂν καὶ τοῖς προστάταις αὐτῆς, ὅσοι μὴ ποιητικοί, φιλοποιηταὶ δέ, ἄνευ μέτρου λόγον ὑπὲρ αὐτῆς εἰπεῖν, ὡς οὐ μόνον ἡδεῖα, ἀλλὰ καὶ ὠφε-

---

*) γρ. ἄξιον.
**) γρ. τῆς ἀγαθῆς.
***) ἰσ. βελτίστου.
†) ἄλλ. δεσπόταν.
††) ἄλλ. Δία.
†††) ἰσ. μεριμνῶντες, καὶ.

centes Graeciam inſtituiſſe hunc poëtam et ad rerum humanarum adminiſtrationem atque inſtitutionem dignum eſſe quem repetita lectione ediſcamus et quem poëtam ſequentes univerſam vitam conſtituamus, diligere quidem eos te oportet et amore amplecti, quippe qui quam poſſint optimi ſint, et concedere Homerum maxime poëticum eſſe et primum tragicorum, ſciendum autem eſſe carmina tantum in laudem deorum compoſita bonorumque praedicationes de poëſi recipienda eſſe in civitatem, ſin autem conditam muſam receperis lyricam vel epicam, voluptatem et dolorem in urbe regnatura eſſe pro lege eoque quod communis ſententia optimum quidque eſſe declaraverit. Veriſſime, inquit.

Haec igitur, inquam, defenſionis cauſa a nobis recordantibus expoſita ſunto de poëſi, iure videlicet nos eam tum a civitate amandaſſe, quia talis ſit; ratio enim nos edocuit. alloquamur autem eam, ut ne de aſperitate quadam et ruſticitate nos accuſet, quia vetus philoſophiae inimicitia interceſſerit cum poeſi; etenim *allatrans dominum canis* ille *clamoſus* et *magnus in dementium vaniloquentiis* et *ſapientium turba dominans* et *ſubtiliter meditantes* [quod pauperes ſunt] et alia innumerabilia ſigna veteris horum inimicitiae. attamen dictum eſto nos quidem, ſi rationem poſſet afferre poëſis ad voluptatem ſpectans et imitatio cur eſſe deberet in civitate bene inſtituta, libenter eam recepturos eſſe, quum nobis conſcii ſimus quanto nos opere delectaverit. at enim quod videtur verum eſſe nefas prodere. nonne te quoque, amice, voluptate perfundit idque maxime quum per Homerum eam ſpectas? Sane quidem. Nonne par eſt eam defendere cauſam dicturam vel in carmine vel alio quopiam metro? Etiam. Poteſtatem autem faciemus etiam praefectis eius, quicumque non poëtici, at poëtarum amici ſunt, orationis metri legibus non adſtrictae pro ea habendae ut probent non ſolum iucun-

λίμη πρὸς τὰς πολιτείας καὶ τὸν βίον τὸν ἀνθρώπινόν ἐστι· καὶ εὐμενῶς ἀκουσόμεθα· κερδανοῦμεν γάρ που, ἐὰν μὴ μόνον ἡδεῖα * φανῇ, ἀλλὰ καὶ ὠφελίμη. Πῶς δ' οὐ μέλ- E
λομεν, ἔφη, κερδαίνειν; Εἰ δέ γε μή, ὦ φίλε ἑταῖρε, ὥσπερ οἵ ποτέ του *) ἐρασθέντες, ἐὰν ἡγήσωνται μὴ ὠφέλιμον εἶναι τὸν ἔρωτα, βίᾳ μέν, ὅμως δὲ ἀπέχονται, καὶ ἡμεῖς οὕτω, διὰ τὸν ἐγγεγονότα μὲν ἔρωτα τῆς τοιαύτης ποιήσεως ὑπὸ τῆς τῶν καλῶν πολιτειῶν τροφῆς, * εὖνοι μὲν ἐσόμεθα φανῆ- 608
ναι αὐτὴν ὡς βελτίστην καὶ ἀληθεστάτην, ἕως δ' ἂν μὴ οἵα τ' ᾖ ἀπολογήσασθαι, ἀκροασόμεθ' αὐτῆς ἐπᾴδοντες ἡμῖν αὐτοῖς τοῦτον τὸν λόγον ὃν ἐλέγομεν **) καὶ ταύτην τὴν ἐπῳδήν, εὐλαβούμενοι πάλιν ἐμπεσεῖν εἰς τὸν παιδικόν τε καὶ τὸν τῶν πολλῶν ἔρωτα. αἰσθόμεθα ***) δ' οὖν ὡς οὐ σπουδαστέον ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ποιήσει ὡς ἀληθείας τε ἁπτομένῃ καὶ σπουδαίᾳ, ἀλλ' εὐλαβητέον αὐτὴν ὂν τῷ ἀκροωμένῳ, περὶ τῆς * ἐν αὑτῷ πολιτείας δεδιότι, καὶ νομιστέα ἅπερ B
εἰρήκαμεν περὶ ποιήσεως. Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς, ξύμφημι. Μέγας γάρ, ἔφην, ὁ ἀγών, ὦ φίλε Γλαύκων, μέγας, οὐχ ὅσος δοκεῖ, τὸ χρηστὸν ἢ κακὸν γενέσθαι· ὥστε οὔτε τιμῇ ἐπαρθέντα οὔτε χρήμασιν οὔτε ἀρχῇ οὐδεμιᾷ οὐδέ γε ποιητικῇ ἄξιον ἀμελῆσαι δικαιοσύνης τε καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς. Ξύμφημί σοι, ἔφη, ἐξ ὧν διεληλύθαμεν· οἶμαι δὲ καὶ ἄλλον ὁντινοῦν.

* Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, τά γε μέγιστα ἐπίχειρα ἀρετῆς C
καὶ προκείμενα ἆθλα οὐ διεληλύθαμεν. Ἀμήχανόν τι, ἔφη, λέγεις μέγεθος, εἰ τῶν εἰρημένων μείζω ἐστὶν ἄλλα. Τί δ' ἄν, ἦν δ' ἐγώ, ἕν γε ὀλίγῳ χρόνῳ μέγα γένοιτο; πᾶς γὰρ οὗτός γε ὁ ἐκ παιδὸς μέχρι πρεσβύτου χρόνος πρὸς τὸν πάντα †) ὀλίγος πού τις ἂν εἴη. Οὐδὲν μὲν οὖν, ἔφη. Τί οὖν ††); οἴει ἀθανάτῳ πράγματι ὑπὲρ τοσούτου δεῖν χρόνου ἐσπουδακέναι, ἀλλ' οὐχ * ὑπὲρ τοῦ παντός; Οἶμαι ἔγωγ', D
ἔφη· ἀλλὰ τί τοῦτο λέγεις; Οὐκ ἤσθησαι, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι

---

*) γρ. ποτέ που.
**) ἄλλ. λέγομεν.
***) ἴσ. ἠσθήμεθα.
†) γρ. πρὸς πάντα.
††) γρ. γοῦν.

dam, verum etiam utilem eam esse ad civitates vitamque humanam; et benivole audiemus; lucrum enim sane faciemus, si non iucunda solum reperiatur, sed etiam utilis. Quidni futurum sit, inquit, ut lucrum faciamus? Aliter, care amice, quemadmodum qui aliquando amore quempiam amplexi sunt, si existiment non utilem esse hunc amorem, quamvis aegre, se abstinent, ita nos quoque, propter huius poësis amorem quem pulchrarum civitatum institutio nobis iniecit, benivole quidem accipiemus reperiri eam quam optimam et verissimam, quamdiu autem nequeat se defendere, eam audiemus hanc nobismet ipsis orationem quam exposuimus hancque cautionem adhibentes quippe caventes ne rursus incidamus in puerilem et multitudinis amorem. cognitum igitur habemus non incumbendum esse in huiusmodi poësin tamquam veritatem attingentem et seriam, sed cautionem esse adhibendam auditori, de interiore sua civitate timenti, et ita sentiendum ut exposuimus de poësi. Prorsus, inquit, assentior. Magnum enim, inquam, certamen, o care Glauco, magnum, non quantum videtur, bonum aut malum existere; quocirca neque honore elatum neque pecunia neque imperio ullo neque poësi par est quemquam negligere iustitiam reliquamque virtutem. Assentior tibi, inquit, ex eis quae exposuimus; arbitror vero etiam alium quemvis.

Attamen, inquam, maximas virtutis mercedes ac praemia proposita non commemoravimus. Incredibilem quandam, inquit, dicis magnitudinem, si supra dictis maiora exstant alia. Quid vero, inquam, in parvo tempore magnum erit? omne enim hoc a puero ad senem tempus cum universo collatum exiguum sine dubio erit. Nihil sane, inquit. Quid igitur? num censes rem immortalem propter tam breve oportere tempus anniti, et non propter universum? Arbitror equidem, inquit; sed quid hoc dicis? Nonne perspectum habes, inquam,

ἀθάνατος ἡμῶν ἡ ψυχὴ καὶ οὐδέποτε ἀπόλλυται; Καὶ ὃς ἐμβλέψας μοι καὶ θαυμάσας εἶπε Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε· σὺ δὲ τοῦτ' ἔχεις λέγειν; Εἰ μὴ ἀδικῶ γ', ἔφην· οἶμαι δὲ καὶ σύ· οὐδὲν γὰρ χαλεπόν. Ἐμοιγ', ἔφη· σοῦ δ' ἂν ἡδέως ἀκούσαιμι τὸ οὐ χαλεπὸν τοῦτο. Ἀκούοις ἄν, ἦν δ' ἐγώ. Λέγε μόνον, ἔφη.

Ἀγαθόν τι, εἶπον, καὶ κακὸν καλεῖς; Ἔγωγε. * Ἆρ' Ε
οὖν ὥσπερ ἐγὼ περὶ αὐτῶν διανοεῖ; Τὸ ποῖον; Τὸ μὲν ἀπολλύον καὶ διαφθεῖρον πᾶν τὸ κακὸν εἶναι, τὸ δὲ σῶζον καὶ ὠφελοῦν τὸ ἀγαθόν. Ἔγωγ', ἔφη. Τί δέ; κακὸν ἑκάστῳ τι καὶ ἀγαθὸν λέγεις; οἷον ὀφθαλμοῖς * ὀφθαλμίαν 609
καὶ ξύμπαντι τῷ σώματι νόσον, σίτῳ τε ἐρυσίβην, σηπεδόνα τε ξύλοις, χαλκῷ δὲ καὶ σιδήρῳ ἰόν, καὶ ὅπερ λέγω, σχεδὸν πᾶσι ξύμφυτον ἑκάστῳ κακόν τε καὶ νόσημα. Ἔγωγ', ἔφη. Οὐκοῦν ὅταν τῷ τι τούτων προσγένηται, πονηρόν τε ποιεῖ ᾧ προσεγένετο καὶ τελευτῶν ὅλον διέλυσε καὶ ἀπώλεσεν; Πῶς γὰρ οὔ; Τὸ ξύμφυτον ἄρα κακὸν ἑκάστου καὶ ἡ πονηρία ἕκαστον ἀπόλλυσιν, ἢ εἰ μὴ τοῦτο ἀπολεῖ, οὐκ ἄν ἄλλο γε αὐτὸ ἔτι * διαφθείρειεν· οὐ γὰρ τό γε ἀγαθὸν μὴ Β
ποτέ τι ἀπολέσῃ, οὐδὲ αὖ τὸ μήτε κακὸν μήτε ἀγαθόν. Πῶς γὰρ ἄν; ἔφη. Ἐὰν ἄρα τι τῶν ὄντων εὑρίσκωμεν ᾧ ἔστι μέν τι κακὸν ὃ ποιεῖ αὐτὸ μοχθηρόν, τοῦτο μέντοι οὐχ οἷόν τε αὐτὸ λύειν ἀπολλύον, οὐκ ἤδη εἰσόμεθα ὅτι τοῦ πεφυκότος οὕτως ὄλεθρος οὐκ ἦν; Οὕτως, ἔφη, εἰκός. Τί οὖν; ἦν δ' ἐγώ· ψυχῇ ἆρ' οὐκ ἔστιν ὃ ποιεῖ αὐτὴν κακήν; Καὶ μάλ', ἔφη, ἃ νῦν δὴ διῇμεν πάντα, ἀδικία τε καὶ * ἀκολασία καὶ δειλία καὶ ἀμαθία. Ἦ οὖν τι τούτων C
αὐτὴν διαλύει τε καὶ ἀπόλλυσι; καὶ ἐννόει μὴ ἐξαπατηθῶμεν οἰηθέντες τὸν ἄδικον ἄνθρωπον καὶ ἀνόητον, ὅταν ληφθῇ ἀδικῶν, τότε ἀπολωλέναι ὑπὸ τῆς ἀδικίας, πονηρίας οὔσης ψυχῆς. ἀλλ' ὧδε ποίει *)· ὥσπερ σῶμα ἡ σώματος πονηρία νόσος οὖσα τήκει καὶ διόλλυσι καὶ ἄγει εἰς τὸ μηδὲ σῶμα εἶναι, καὶ ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν ἅπαντα ὑπὸ τῆς οἰκείας

*) Ἰσ. νόει.

immortalem esse animum nostrum nec umquam interire? Tum ille in me intuens et admirans Haudquaquam hercle, inquit, equidem; tu autem hoc habes dicere? Nisi iniuste facio, inquam; arbitror vero etiam te; nihil enim difficile. Mihi sane, inquit; ex te autem libenter audierim hoc non difficile. Audies, inquam. Dic modo, inquit.

Bonum aliquid, inquam, et malum appellas? Equidem. Num igitur ita ut ego de eis sentis? Quomodo? Perdens et corrumpens omne malum esse, servans vero et iuvans bonum. Ego vero, inquit. Quid? malum cuique quid et bonum dicis? velut oculis lippitudinem et universo corpori morbum, frumento robiginem, putredinem lignis, aeri et ferro aeruginem, et quod dico fere omnibus innatum cuique malum et morbum. Ego vero, inquit. Nonne quando alicui horum quid accedit, pravum id efficit cui accedit et ad extremum totum dissolvit et perdit? Quidni? Insitum ergo cuique malum et pravitas quidque perdit, aut nisi hoc perdet, iam non aliud id corrumpet; neque enim id quod bonum est umquam aliquid perdet, nec id quod neque malum neque bonum est. Quî enim potest? inquit. Si quid igitur in rerum natura exstat cui malum aliquod est quod pravitatem ei iniicit, neque tamen potest ipsum solvere atque perdere, nonne iam sciemus eius rei natura ita comparatae non esse interitum? Ita, inquit, consentaneum est. Quid igitur? inquam; animone nihil est quod pravum eum efficiat? Admodum, inquit, quae modo commemoravimus omnia, iniustitia et incontinentia et ignavia et insciția. Num igitur horum quid eum dissolvit ac perdit? at reputa ne decipiamur arbitrantes iniustum hominem atque insipientem, quum deprehendatur in facinore, tum perire ab iniustitia, quippe animi pravitate, sed ita specta: quemadmodum corpus pravitas corporis qui morbus est liquefacit et perdit et eo adducit ut ne corpus quidem sit, et quae supra di-

κακίας, τῷ προσκαθῆσθαι καὶ * ἐνεῖναι διαφθειρούσης, εἰς D
τὸ μὴ εἶναι ἀφικνεῖται· οὐχ οὕτως; Ναί. Ἴθι δή, καὶ
ψυχὴν κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον σκόπει· ἆρα ἐνοῦσα ἐν αὐτῇ
ἀδικία καὶ ἡ ἄλλη κακία τῷ ἐνεῖναι καὶ προσκαθῆσθαι φθεί-
ρει αὐτὴν καὶ μαραίνει, ἕως ἂν εἰς θάνατον ἀγαγοῦσα τοῦ
σώματος χωρίσῃ; Οὐδαμῶς, ἔφη, τοῦτό γε. Ἀλλὰ μέντοι
ἐκεινό γε ἄλογον, ἦν δ' ἐγώ, τὴν μὲν ἄλλου πονηρίαν
ἀπολλύναι τι, τὴν δὲ αὑτοῦ μή. Ἄλογον. Ἐννόει γάρ,
ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, * ὅτι οὐδ' ὑπὸ τῆς τῶν σιτίων E
πονηρίας, ἢ *) ἂν ἢ αὐτῶν ἐκείνων, εἴτε παλαιότης εἴτε
σαπρότης εἴτε ἡτισοῦν οὖσα, οὐκ οἰόμεθα δεῖν σῶμα ἀπόλ-
λυσθαι, ἀλλ' ἐὰν μὲν ἐμποιῇ ἡ αὐτῶν πονηρία **) τῷ σώ-
ματι σώματος μοχθηρίαν, φήσομεν αὐτὸ δι' ἐκεῖνα ὑπὸ τῆς
αὑτοῦ κακίας νόσου οὔσης ἀπολωλέναι, ὑπὸ δὲ σιτίων πο-
νηρίας ἄλλων ὄντων ἄλλο * ὂν τὸ σῶμα, ὑπ' ἀλλοτρίου 610
κακοῦ μὴ ἐμποιήσαντος τὸ ἔμφυτον κακόν, οὐδέποτε ἀξιώ-
σομεν διαφθείρεσθαι. Ὀρθότατα, ἔφη, λέγεις. Κατὰ τὸν
αὐτὸν τοίνυν λόγον, ἦν δ' ἐγώ, ἐὰν μὴ σώματος πονηρία
ψυχῇ ψυχῆς***) πονηρίαν ἐμποιῇ, μή ποτε ἀξιῶμεν ὑπ' ἀλ-
λοτρίου κακοῦ ἄνευ τῆς ἰδίας πονηρίας ψυχὴν ἀπόλλυσθαι,
τῷ ἑτέρου κακῷ ἕτερον. Ἔχει γάρ, ἔφη, λόγον. Ἢ τοίνυν
ταῦτα ἐξελέγξωμεν ὅτι οὐ καλῶς λέγομεν, ἤ, ἕως ἂν * ἦ B
ἀνέλεγκτα, μή ποτε φῶμεν ὑπὸ πυρετοῦ μηδ' αὖ ὑπ' ἄλλης νό-
σου μηδ' αὖ σφαγῆς †), μηδ' εἴ τις ὅτι σμικρότατα ὅλον
τὸ σῶμα κατατέμοι, ἕνεκα τούτων μηδὲν μᾶλλόν ποτε ψυ-
χὴν ἀπόλλυσθαι, πρὶν ἄν τις ἀποδείξῃ ὡς διὰ ταῦτα τὰ πα-
θήματα τοῦ ††) σώματος αὐτὴ ἐκείνη ἀδικωτέρα καὶ ἀνοσιω-
τέρα γίγνεται. ἀλλοτρίου δὲ κακοῦ ἐν ἄλλῳ γιγνομένου,
τοῦ δὲ ἰδίου ἑκάστῳ μὴ ἐγγιγνομένου, μήτε ψυχὴν μήτε
ἄλλο μηδὲν * ἐῶμεν φάναι τινὰ ἀπόλλυσθαι. Ἀλλὰ μέντοι, G
ἔφη, τοῦτό γε οὐδείς ποτε δείξει, ὡς τῶν ἀποθνησκόντων
ἀδικώτεραι αἱ ψυχαὶ διὰ τὸν θάνατον γίγνονται. Ἐὰν δέ
γέ τις, ἔφην ἐγώ, ὁμόσε τῷ λόγῳ τολμᾷ ἰέναι καὶ λέγειν

---

*) γρ. ἢ. **) γρ. ἡ αὐτ. πονηρία τῶν σιτίων.
***) γρ. πονηρία ψυχῆς. †) ἄλλ. ὑπὸ σφαγῆς.
††) γρ. τὰ τοῦ.

ximus omnia per inſitam pravitatem, quae obſidendo et inhaerendo corrumpit, eo perveniunt ut nec ſint; nonne ita? Etiam. Age dum, etiam animum eadem ratione conſidera: num iniuſtitia quae in eo ineſt et reliqua pravitas inhaerendo et obſidendo eum corrumpit et conſumit, dum ad mortem eum perducens a corpore ſeparet? Nequaquam, inquit, hoc. At vero illud non eſt conſentaneum, inquam, alius quidem rei pravitatem perdere aliquid, propriam autem non perdere. Non eſt conſentaneum. Cogita enim, inquam, Glauco, nec ciborum pravitate, quaecumque eorum ipſorum ſit, ſive vetuſtas ſive putredo ſive alia quaecumque, nos putare pereundum eſſe corpori, ſed, ſi illorum pravitas corpori iniiciat corporis vitium, dicemus id per illos ſuo ipſum vitio qui morbus ſit perire, ciborum autem pravitate qui diverſi ſint corpus quod diverſum ſit, id eſt, alieno malo quod non iniiciat inſitum malum, numquam cenſebimus corrumpi. Rectiſſime, inquit, dicis. Eadem igitur ratione, inquam, ſi corporis vitium animo non iniicit animi vitium, numquam cenſeamus alieno malo ſine propria pravitate animum perire, quippe diverſum rei diverſae malo. Conſentaneum vero eſt, inquit. Aut igitur haec convincamus non recte nos ſumere, aut, quoad non ſunt convicta, numquam dicamus febri vel alio morbo neque etiam caede, neque ſi quis in partes quam minutiſſimas totum corpus ſecet, iccirco animum perire, priusquam aliquis probaverit per has corporis affectiones ipſum illum iniuſtiorem et improbiorem exſiſtere. alieno autem malo in alio exſiſtente, proprio vero cuiusque non inhaerente, neque animum neque aliud quid ſinamus dicere quemquam perire. At vero, inquit, hoc quidem nemo umquam oſtendet, morientium animos iniuſtiores per mortem evadere. Si quis autem, inquam, orationem noſtram conabitur ado-

ὡς πονηρότερος καὶ ἀδικώτερος γίγνεται ὁ ἀποθνήσκων,
ἵνα δὴ μὴ ἀναγκάζηται ἀθανάτους τὰς ψυχὰς ὁμολογεῖν,
ἀξιώσομέν που, εἰ ἀληθῆ λέγει ὁ ταῦτα λέγων, τὴν ἀδι-
κίαν εἶναι θανάσιμον τῷ ἔχοντι ὥσπερ νόσον, καὶ ὑπ' * αὐ- D
τοῦ τοῦ *) ἀποκτιννύντος τῇ ἑαυτοῦ **) φύσει ἀποθνήσκειν
τοὺς λαμβάνοντας αὐτό, τοὺς μὲν μάλιστα θᾶττον, τοὺς δὲ
ἧττον σχολαίτερον, ἀλλὰ μή, ὥσπερ νῦν, διὰ τούτου ὑπ'
ἄλλων δίκην ἐπιτιθέντων ***) ἀποθνήσκουσιν οἱ ἄδικοι. Μὰ
Δία, ἦ δ' ὅς, οὐκ ἄρα πάνδεινον φανεῖται ἡ ἀδικία, εἰ
θανάσιμον ἔσται τῷ λαμβάνοντι (ἀπαλλαγὴ γὰρ ἂν εἴη κα-
κῶν), ἀλλὰ μᾶλλον οἶμαι αὐτὴν φανήσεσθαι πᾶν τοὐναντίον
τοὺς ἄλλους ἀποκτιννῦσαν, εἴπερ οἷόν τε, * τὸν δ' ἔχοντα E
καὶ μάλα ζωτικὸν παρέχουσαν, καὶ πρός γε †) τῷ ζωτικῷ
ἄγρυπνον· οὕτω πόρρω που, ὡς ἔοικεν, ἐσκήνωται ††) τοῦ
θανάσιμος εἶναι. Καλῶς, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις· ὁπότε γὰρ
δὴ μὴ ἱκανὴ ἦ γε οἰκεία πονηρία καὶ τὸ οἰκεῖον κακὸν
ἀποκτεῖναι καὶ ἀπολέσαι ψυχήν, σχολῇ τό γε ἐπ' ἄλλου
ὀλέθρῳ τεταγμένον κακὸν ψυχὴν ἢ τι ἄλλο ἀπολεῖ, πλὴν
ἐφ' ᾧ τέτακται. Σχολῇ γ', ἔφη, ὡς γε τὸ εἰκός. Οὐκοῦν,
ὁπότε μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἀπόλλυται κακοῦ, μήτε οἰκείου μήτε
ἀλλοτρίου, * δῆλον ὅτι ἀνάγκη αὐτὸ ἀεὶ ὂν εἶναι, εἰ δ' 611
ἀεὶ ὄν, ἀθάνατον. Ἀνάγκη, ἔφη.

Τοῦτο μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, οὕτως ἐχέτω· εἰ δ' ἔχει,
νοεῖς ὅτι ἀεὶ ἂν εἶεν αἱ αὐταί· οὔτε γὰρ ἄν που ἐλάτ-
τους γένοιντο μηδεμιᾶς ἀπολλυμένης, οὔτε αὖ πλείους· εἰ
γὰρ ὁτιοῦν τῶν ἀθανάτων πλέον γίγνοιτο, οἶσθ' ὅτι ἐκ τοῦ
θνητοῦ ἂν γίγνοιτο καὶ πάντα ἂν εἴη τελευτῶντα ἀθάνατα.
Ἀληθῆ λέγεις. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, μήτε τοῦτο οἰώμεθα (ὁ
γὰρ λόγος οὐκ ἐάσει), μήτε * γε αὖ τῇ ἀληθεστάτῃ φύσει B
τοιοῦτον εἶναι ψυχὴν ὥστε πολλῆς ποικιλίας καὶ ἀνομοιό-
τητός τε καὶ διαφορᾶς γέμειν αὐτὸ πρὸς αὑτό. Πῶς λέγεις;
ἔφη. Οὐ ῥᾴδιον, ἦν δ' ἐγώ, ἀΐδιον εἶναι ξύνθετόν τε ἐκ
πολλῶν καὶ μὴ τῇ καλλίστῃ κεχρημένον ξυνθέσει, ὡς νῦν

*) ἄλλ. ὑπ' αὐτοῦ τούτου. ἴσ. ὑπὸ τούτου τοῦ. ἦ· ὑπ αὐτοῦ τούτου τοῦ.
**) ἴσ. αὐτοῦ.
***) γρ. ἐπιθέντων.
†) ἄλλ. πρός γ' ἔτι.
††) ἄλλ. ἐσκήνηται.

riri et dicere improbiorem et iniuſtiorem exſiſtere morientem, ne videlicet cogatur concedere immortales eſſe animos, contendemus, ni fallor, ſi vera dicat qui haec dicat, iniuſtitiam mortem afferre ei qui eam habeat tamquam morbum, et per ipſum hoc quod interficiat ipſiusque natura mori eos qui id accipiant, et eos quidem qui maxime, citius, qui vero minus, tardius, non, ſicut nunc, propter hoc per alios poena afficientes mori iniuſtos. Haudquaquam igitur hercle, inquit, horribile quid reperietur iniuſtitia, ſi mortem afferet ipſam accipienti (liberatio enim erit malorum), ſed potius arbitror eam repertum iri plane e contrario reliquos interficientem, ſi poſſit, eum vero qui ipſam habeat admodum vitalem efficientem et praeterea inſomnem: tam longe ſane, ut patet, abeſt ut mortem afferat. Praeclare, inquam, dicis; quando enim propria improbitas propriumque malum non valet ad interficiendum ac perdendum animum, vix malum ad alius rei interitum deſtinatum animum vel aliud quid perdet praeter illud ad quod deſtinatum eſt. Vix vero, inquit, ut patet. Itaque, quando nullo perit malo, neque proprio neque alieno, liquet eum neceſſario ſemper eſſe, et ſi ſemper ſit, immortalem. Neceſſario, inquit.

Hoc igitur, inquam, ſic ſe habeto; ſic autem ſi ſe habet, intelligis ſemper futuros eſſe eosdem; neque enim ſane minores exſiſtent, nullus quum intereat, neque etiam plures; nam ſi quid immortalium plus evaderet, ſcis e mortali id evaſurum eſſe omniaque fore ad extremum immortalia. Vera dicis. At, inquam, neque hoc arbitremur (oratio enim non permittet) neque etiam, animum e veriſſima natura ſpectatum eiusmodi eſſe ut multa varietate et diſſimilitudine et discrepantia ad ſe ipſe refertus ſit. Quomodo dicis? inquit. Haud facile, inquam, ſempiternum eſt compoſitum e multis nec optimam illam habens compoſitionem, qualem nunc

ἡμῖν ἐφάνη ἡ ψυχή. Οὔκουν εἰκός γε. Ὅτι μὲν τοίνυν ἀθάνατον ψυχή, καὶ ὁ ἄρτι λόγος καὶ οἱ ἄλλοι ἀναγκάσειαν ἄν· οἷον δ' ἐστὶ τῇ ἀληθείᾳ, οὐ λελωβημένον δεῖ αὐτὸ θεάσασθαι * ὑπό τε τῆς τοῦ σώματος κοινωνίας καὶ ἄλλων C κακῶν, ὥσπερ νῦν ἡμεῖς θεώμεθα, ἀλλ' οἷόν ἐστι καθαρὸν γιγνόμενον, τοιοῦτον ἱκανῶς λογισμῷ διαθεατέον, καὶ πολύ γε κάλλιον αὐτὸ εὑρήσει καὶ ἐναργέστερον δικαιοσύνας τε καὶ ἀδικίας διόψεται καὶ πάντα ἃ νῦν *) διήλθομεν. νῦν δὲ εἴπομεν μὲν ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ, οἷον ἐν τῷ παρόντι φαίνεται, τεθεάμεθα μέντοι διακείμενον αὐτὸ ὥσπερ οἱ τὸν θαλάττιον Γλαῦκον ὁρῶντες οὐκ ἂν ἔτι * ῥᾳδίως αὐτοῦ D ἴδοιεν τὴν ἀρχαίαν φύσιν, ὑπὸ τοῦ τά τε παλαιὰ τοῦ σώματος μέρη τὰ μὲν ἐκκεκλάσθαι, τὰ δὲ ξυντετρίφθαι καὶ πάντως λελωβῆσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων, ἄλλα δὲ προσπεφυκέναι, ὄστρεά τε καὶ φύκια καὶ πέτρας, ὥστε παντὶ μᾶλλον θηρίῳ ἐοικέναι ἢ οἷος ἦν φύσει. οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν ἡμεῖς θεώμεθα διακειμένην ὑπὸ μυρίων κακῶν. ἀλλὰ δεῖ, ὦ Γλαύκων, ἐκεῖσε βλέπειν. Ποῖ; ἦ δ' ὅς. Εἰς τὴν φιλοσοφίαν * αὐτῆς, καὶ ἐννοεῖν ὧν ἅπτεται καὶ οἵων ἐφιε- E ται ὁμιλιῶν, ὡς ξυγγενὴς οὖσα τῷ τε θείῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ ἀεὶ **) ὄντι, καὶ οἷα ἂν γένοιτο τῷ τοιούτῳ πᾶσα ἐπισπομένη καὶ ὑπὸ ταύτης τῆς ὁρμῆς ἐκκομισθεῖσα ἐκ τοῦ πόντου, ἐν ᾧ νῦν ἐστί, καὶ περικρουσθεῖσα ***) πέτρας τε καὶ ὄστρεα, ἃ νῦν αὐτῇ, ἅτε γῆν ἑστιωμένῃ, * γεηρὰ καὶ 612 πετρώδη πολλὰ καὶ ἄγρια περιπέφυκεν ὑπὸ τῶν εὐδαιμόνων λεγομένων ἑστιάσεων. καὶ τότ' ἄν τις ἴδοι ****) αὐτῆς τὴν ἀληθῆ φύσιν, εἴτε πολυειδὴς εἴτε μονοειδής, εἴτε ὅπῃ ἔχει καὶ ὅπως. Νῦν δὲ τὰ ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ πάθη τε καὶ εἴδη, ὡς ἐγῷμαι, ἐπιεικῶς αὐτῆς διεληλύθαμεν. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη.

Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, τά τε ἄλλα ἀπεδυσάμεθα ἐν τῷ λόγῳ, καὶ οὐ τοὺς μισθοὺς * οὐδὲ τὰς δόξας δικαιοσύνης B ἐπηνέγκαμεν, ὥσπερ Ἡσιόδόν τε καὶ Ὅμηρον ὑμεῖς ἔφατε, ἀλλ' αὐτὸ δικαιοσύνην αὐτῇ ψυχῇ ἄριστον εὕρομεν, καὶ ποιητέον

*) Ἴσ. νῦν δή. **) ἄλλ. τῷ ἀεὶ.
) Ἴσ. παρακρουσθεῖσα. *) γρ. ἴδῃ.

nobis patuit animum habere. Minime vero conſentaneum eſt. Itaque immortalem quidem eſſe animum, et prior oratio et reliquae convincent, ſed ſi quaeris qualis ſit revera, non depravatum eum oportet ſpectari corporis communitate aliisque malis, ut nunc eum ſpectamus, ſed qualem ſe exhibet purus ſi eſt, talem ſatis ratione conſiderari, et multo eum pulchriorem invenies clariusque iuſtitias et iniuſtitias perſpicies omniaque quae modo perſequuti ſumus. nunc autem diximus quidem vera, qualis in praesentia videatur, ſpectavimus tamen eum inſtar Glauci marini affectum, quem qui vident iam non facile ſpectabunt priorem eius naturam, propterea quod priſtina corporis membra partim fracta, partim contrita omnique modo corrupta ſunt fluctibus, alia vero accreverunt, oſtreae et algae et ſaxa, ut cuiusque magis belluae ſimilis ſit quam qualis fuerit natura. ita etiam animum nos videmus innumerabilibus malis affectum. oportet vero, Glauco, huc ſpectari. Quonam? inquit. Ad eius philoſophiam, et conſiderari quae attingat qualesque appetat conſuetudines, quippe qui cognatus ſit divino et immortali et ſempiterno, et qualis futurus ſit hoc quisque ſequens et hac contentione elatus e mari, in quo nunc eſt, excuſſis ſaxis et oſtreis, quae nunc ei, quippe qui terra paſcatur, terrena et ſaxoſa multa et fera accreverunt per epula illa quae dicuntur beata. et tum quis viderit veram eius naturam, multiformisne an uniusmodi ſit an quonam modo ſe habeat. Nunc vero caſus eius in humana vita et ſpecies, ut arbitror, ſatis expoſuimus. Sane quidem, inquit.

Nonne igitur, inquam, cetera detraximus in oratione noſtra, neque mercedes neque famam iuſtitiae afferentes, quemadmodum Heſiodum et Homerum vos dicebatis afferre, ſed ipſam iuſtitiam ipſi animo optimam eſſe invenimus, et facienda ei eſſe iuſta, ſive habeat

εἶναι αὐτῇ τὰ δίκαια, ἐάν τ' ἔχῃ τὸν Γύγου δακτύλιον ἐάν τε μή, καὶ πρὸς τοιούτῳ δακτυλίῳ τὴν Ἄϊδος κυνῆν; Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, νῦν ἤδη ἀνεπίφθονόν ἐστι πρὸς ἐκείνοις καὶ τοὺς μισθοὺς τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ ἀποδοῦναι, ὅσους * τε C καὶ οἵους τῇ ψυχῇ παρέχει παρ' ἀνθρώπων τε καὶ θεῶν, ζῶντός τε ἔτι τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἐπειδὰν τελευτήσῃ; Παντάπασι μὲν οὖν, ἦ δ' ὅς. Ἆρ' οὖν ἀποδώσετέ μοι ἃ ἐδανείσασθε ἐν τῷ λόγῳ; Τί μάλιστα; Ἔδωκα ὑμῖν τὸν δίκαιον δοκεῖν ἄδικον εἶναι καὶ τὸν ἄδικον δίκαιον· ὑμεῖς γὰρ ἡγεῖσθε, κἂν εἰ μὴ δυνατὸν εἴη ταῦτα λανθάνειν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους, ὅμως δοτέον εἶναι τοῦ λόγου ἕνεκα, ἵνα αὐτὴ δικαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν αὐτὴν * κριθείη· ἢ οὐ μνη- D μονεύεις; Ἀδικοίην μέντ' ἄν, ἔφη, εἰ μή. Ἐπειδὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ *), κεκριμέναι εἰσίν, ἐγὼ πάλιν ἀπαιτῶ ὑπὲρ δικαιοσύνης, ὥσπερ ἔχει δόξης καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρὰ ἀνθρώπων, καὶ ὑμᾶς ὁμολογεῖν περὶ αὐτῆς δοκεῖσθαι οὕτως, ἵνα καὶ τὰ νικητήρια κομίσηται ἃ ἀπὸ τοῦ δοκεῖν κτωμένη δίδωσι τοῖς ἔχουσιν αὐτήν, ἐπειδὴ καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ εἶναι ἀγαθὰ διδοῦσα ἐφάνη καὶ οὐκ ἐξαπατῶσα τοὺς τῷ ὄντι λαμβάνοντας αὐτήν. * Δίκαια, ἔφη, αἰτεῖ. Οὐκοῦν, E ἦν δ' ἐγώ, πρῶτον μὲν τοῦτο ἀποδώσετε, ὅτι θεούς γε οὐ λανθάνει ἑκάτερος αὐτῶν οἷός ἐστιν; Ἀποδώσομεν, ἔφη. Εἰ δὲ μὴ λανθάνετον, ὁ μὲν θεοφιλὴς ἂν εἴη, ὁ δὲ θεομισής, ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς ὡμολογοῦμεν. Ἔστι ταῦτα. Τῷ δὲ θεοφιλεῖ οὐχ ὁμολογήσομεν, ὅσα γε ἀπὸ θεῶν * γί- 613 γνεται, πάντα γίγνεσθαι ὡς οἷόν τε ἄριστα, εἰ μή τι ἀναγκαῖον αὐτῷ κακὸν ἐκ προτέρας ἁμαρτίας ὑπῆρχεν; Πάνυ μὲν οὖν. Οὕτως ἄρα ὑπολητέον περὶ τοῦ δικαίου ἀνδρός, ἐάν τ' ἐν πενίᾳ γίγνηται ἐάν τε ἐν νόσοις ἤ τινι ἄλλῳ τῶν δοκούντων κακῶν, ὡς τούτῳ ταῦτα εἰς ἀγαθόν τι τελευτήσει ζῶντι ἢ καὶ ἀποθανόντι· οὐ γὰρ δὴ ὑπό γε θεῶν ποτὲ ἀμελεῖται ὃς ἂν προθυμεῖσθαι ἐθέλῃ δίκαιος γίγνεσθαι καὶ ἐπιτηδεύων ἀρετὴν εἰς ὅσον δυνατὸν ἀνθρώπῳ * ὁμοιοῦ- B σθαι θεῷ Εἰκός γ', ἔφη, τὸν τοιοῦτον μὴ ἀμελεῖσθαι ὑπὸ

*) γρ. τοίνυν κεκριμέναι.

Gygis annulum ſive non habeat, et praeter eiusmodi annulum Plutonis galeam? Veriſſima, inquit, dicis. Num igitur, inquam, Glauco, nunc nobis iam non erit invidiae praeter illa etiam praemia iuſtitiae et reliquae virtuti tribuere quanta et qualia animo affert ab hominibus et a diis tam viventi adhuc homini quam mortuo? Admodum, inquit. Num igitur mihi reddetis quod mutuum ſumpſiſtis in oratione? Quid potiſſimum? Dedi vobis iuſtum videri iniuſtum eſſe et iniuſtum iuſtum; vos enim cenſebatis, etiamſi fieri non poſſet ut haec laterent et deos et homines, tamen id dandum eſſe orationis cauſa, ut ipſa iuſtitia ex iniuſtitia ipſa iudicaretur; an non meminiſti? Iniuſte ſane facerem, niſi meminiſſem. Quoniam igitur, inquam, iudicatae ſunt, ego viciſſim repoſco iuſtitiae nomine ut, prout cenſeatur et a diis et ab hominibus, vos quoque confiteamini ita de ea exiſtimari, ut etiam palmam accipiat quam ex eo quod talis videtur partam tribuit eis qui ipſam poſſident, ſiquidem etiam bona ex eo quod eſt manantia reperimus eam tribuere nec decipere eos qui revera ipſam nanciſcerentur. Iuſta, inquit, petis. Nonne igitur, inquam, primum hoc reddetis deos non latere qualis uterque eorum ſit? Reddemus vero, inquit. Quodſi non latent, unus quidem deo carus, alter vero inviſus erit, quemadmodum etiam initio confeſſi ſumus. Sunt iſta. Deo autem caro nonne confitebimur quaecumque a diis proficiſcantur omnia proficiſci quam maxime bona, niſi quid mali ei neceſſario e priore peccato contingat? Sane quidem. Ita igitur iudicandum eſt de iuſto viro, ſive in paupertate verſetur ſive in morbis ſive alio quo quae cenſeantur malorum, huic haec in bonum aliquod evaſura eſſe viventi vel etiam mortuo; neque enim a diis umquam negligitur qui omni ope atque opera enititur ut iuſtus exſiſtat et virtutem colens quam maxime poteſt homo ad dei ſimilitudinem accedat. Conſentaneum ſane eſt, inquit, talem non negligi a ſimili. Nonne de iniuſto

τοῦ ὁμοίου. Οὐκοῦν περὶ τοῦ ἀδίκου τἀναντία τούτων δεῖ διανοεῖσθαι; Σφόδρα γε. Τὰ μὲν δὴ παρὰ θεῶν τοιαῦτ' ἄττ' ἂν εἴη νικητήρια τῷ δικαίῳ. Κατὰ γοῦν ἐμὴν δόξαν, ἔφη. Τί δέ, ἦν δ' ἐγώ, παρ' ἀνθρώπων; ἆρ' οὐχ ὧδε ἔχει, εἰ δεῖ τὸ ὂν τιθέναι; οὐχ οἱ μὲν δεινοί τε καὶ ἄδικοι δρῶσιν ὅπερ οἱ δρομῆς, ὅσοι ἂν θέωσιν εὖ ἀπὸ τῶν κάτω, ἀπὸ δὲ τῶν ἄνω μή; τὸ μὲν πρῶτον ὀξέως ἀποπηδῶσι, τελευτῶντες * δὲ καταγέλαστοι γίγνονται, τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν C ὤμων ἔχοντες καὶ ἀστεφάνωτοι ἀποτρέχοντες, οἱ δὲ τῇ ἀληθείᾳ δρομικοὶ εἰς τέλος ἐλθόντες τά τε ἆθλα λαμβάνουσι καὶ στεφανοῦνται. οὐχ οὕτω καὶ περὶ τῶν δικαίων τὸ πολὺ ξυμβαίνει, πρὸς τὸ τέλος *) ἑκάστης πράξεως καὶ ὁμιλίας καὶ τοῦ βίου εὐδοκιμοῦσί τε καὶ τὰ ἆθλα παρὰ τῶν ἀνθρώπων φέρονται; Καὶ μάλα. Ἀνέξει ἄρα λέγοντος ἐμοῦ περὶ τούτων ἅπερ αὐτὸς ἔλεγες περὶ τῶν ἀδίκων· ἐρῶ γὰρ δὴ ὅτι οἱ * μὲν δίκαιοι, ἐπειδὰν πρεσβύτεροι γένωνται, ἐν D τῇ αὑτῶν πόλει ἄρχουσί τε ἂν βούλωνται τὰς ἀρχάς **), γαμοῦσί τε ὁπόθεν ἂν βούλωνται, ἐκδιδόασί τε εἰς οὓς ἂν ἐθέλωσι· καὶ πάντα ἃ σὺ περὶ ἐκείνων, ἐγὼ νῦν λέγω περὶ τῶνδε. καὶ αὖ καὶ περὶ τῶν ἀδίκων, ὅτι οἱ πολλοὶ αὐτῶν, καὶ ἐὰν νέοι ὄντες λάθωσιν, ἐπὶ τέλους τοῦ δρόμου αἱρεθέντες καταγέλαστοί εἰσι καὶ γέροντες γιγνόμενοι ἄθλιοι προπηλακίζονται ὑπὸ ξένων τε καὶ ἀστῶν, μαστιγούμενοι καὶ ἃ * ἄγροικα ἔφησθα σὺ εἶναι ἀληθῆ λέγων, εἶτα στρεβλώ- E σονται καὶ ἐκκαυθήσονται, πάντα ***) ἐκεῖνα οἶου καὶ ἐμοῦ ἀκηκοέναι ὡς πάσχουσιν. ἀλλ' ὃ λέγω, ὅρα εἰ ἀνέξει. Καὶ πάνυ, ἔφη· δίκαια γὰρ λέγεις.

Ἃ μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ζῶντι τῷ δικαίῳ παρὰ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων * ἆθλά τε καὶ μισθοὶ καὶ δῶρα γίγνεται 614 πρὸς ἐκείνοις τοῖς ἀγαθοῖς οἷς αὐτὴ παρείχετο ἡ δικαιοσύνη, τοιαῦτ' ἂν εἴη. Καὶ μάλ', ἔφη, καλά τε καὶ βέβαια. Ταῦτα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, οὐδέν ἐστι πλήθει οὐδὲ μεγέθει πρὸς ἐκεῖνα ἃ τελευτήσαντα ἑκάτερον περιμένει. χρὴ δ' αὐτὰ ἀκοῦσαι, ἵνα τελέως ἑκάτερος αὐτῶν ἀπειληφὼς ᾖ †)

*) Ἄλλ. πρὸς τέλος. **) Ἴσ. ἃς ἂν βούλωνται ἀρχάς. ***) Ἴσ. λέγων, πάντα. †) Ἄλλ. ἀπειλήφῃ.

contraria horum oportet ſtatui? Etiam. Et haec fere erunt a diis proficiſcentia iuſti praemia. Ex mea certe ſententia, inquit. Quid vero, inquam, ab hominibus? nonne ita habet, ſi verum nos fateri oportet: vafri et iniuſti idem faciunt quod curſores, qui bene currunt ex inferiore loco, ex ſuperiore autem non item? primo videlicet celeriter deſiliunt, ad extremum autem ridiculos ſe praebent, aures ad humeros demittentes et ſine corona aufugientes, veri contra curſores ad metam pervenientes praemia accipiunt et coronantur. nonne hoc etiam iuſtis ex maxima parte evenit, ut ad finem cuiusque actionis et communitatis et vitae gloriam conſequantur et victoriae inſignia ab hominibus reportent? Sane quidem. Permittes igitur mihi ut in his dicam quae ipſe dixiſti in iniuſtis; dicam videlicet iuſtos, quum ſeniores facti fuerint, in civitate ſua quascumque voluerint poteſtates gerere, uxorem ducere undecumque voluerint nuptumque dare quibuscumque libuerit; et omnia quae tu in illis, ego nunc dico in his. atque etiam in iniuſtis, plerosque eorum, etiamſi iuvenes latuerint, in fine curſus deprehenſos ridiculos eſſe ſenesque factos miſere contumelia vexari ab exteris et civibus, verberibus caſtigatos et quae ſaeva tu aiebas eſſe vere dicens, [deinde torqueri et exuri], omnia illa exiſtima a me quoque audire eos pati. at quod dixi, vide an permiſſurus ſis. Sane quidem, inquit; iuſta enim dicis.

Quae igitur, inquam, viventi iuſto a diis et hominibus praemia et mercedes et munera tribuuntur praeter bona illa quae ipſa afferebat iuſtitia, haec fere erunt. Admodum illa quidem, inquit, praeclara et certa. Haec tamen, inquam, nihil ſunt multitudine et magnitudine ad illa quae mortuum utrumque manent. oportet autem ea audiri, ut perfecte uterque eorum accipiat quae

τὰ ὑπὸ τοῦ λόγου ὀφειλόμενα ἀκοῦσαι. Λέγοις ἄν, ἔφη, ὡς οὐ πολλὰ ἄλλ' *) ἥδιον * ἀκούοντι **). Ἀλλ' οὐ μέντοι Β
σοι, ἦν δ' ἐγώ, Ἀλκίνου γε ἀπόλογον ἐρῶ, ἀλλ' ἀλκίμου μὲν ἀνδρός, Ἤρὸς τοῦ Ἀρμενίου, τὸ γένος Παμφύλου· ὃς ποτε ἐν πολέμῳ τελευτήσας, ἀναιρεθέντων δεκαταίων τῶν νεκρῶν ἤδη διεφθαρμένων, ἡγιὴς μὲν ἀνηρέθη, κομισθεὶς δὲ οἴκαδε, μέλλων θάπτεσθαι, δωδεκαταῖος ἐπὶ τῇ πυρᾷ κείμενος ἀνεβίω, ἀναβιοὺς δ' ἔλεγεν ἃ ἐκεῖ ἴδοι ***). ἔφη δέ· ἐπειδὴ οὖ ἐκβῆναι τὴν ψυχήν, πορεύεσθαι μετὰ πολλῶν, καὶ ἀφικνεῖσθαι * σφᾶς εἰς τόπον τινὰ δαιμόνιον, ἐν C
ᾧ τῆς τε γῆς δύ' εἶναι χάσματα ἐχομένω ἀλλήλοιν καὶ τοῦ οὐρανοῦ αὖ ἐν τῷ ἄνω ἄλλα καταντικρύ· δικαστὰς δὲ μεταξὺ τούτων καθῆσθαι, οὕς, ἐπειδὴ διαδικάσειαν, τοὺς μὲν δικαίους κελεύειν πορεύεσθαι τὴν εἰς δεξιάν τε καὶ ἄνω διὰ τοῦ οὐρανοῦ, σημεῖα περιάψαντας τῶν δεδικασμένων ἐν τῷ πρόσθεν, τοὺς δὲ ἀδίκους τὴν εἰς ἀριστεράν τε καὶ κάτω, ἔχοντας καὶ τούτους ἐν τῷ ὄπισθεν σημεῖα * πάν- D
των ὧν ἔπραξαν· ἑαυτοῦ δὲ προσελθόντος εἰπεῖν ὅτι δέοι αὐτὸν ἄγγελον ἀνθρώποις γενέσθαι τῶν ἐκεῖ, καὶ διακελεύεσθαί οἱ (*) ἀκούειν τε καὶ θεᾶσθαι πάντα τὰ ἐν τῷ τόπῳ. ὁρᾶν δὴ ταύτῃ μὲν καθ' ἑκάτερον τὸ χάσμα τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ τῆς γῆς ἀπιούσας τὰς ψυχάς, ἐπειδὴ αὐτοῦ δικασθεῖεν (**), κατὰ δὲ τὸ ἕτερον (***) ἐκ μὲν τοῦ ἀνιέναι ἐκ τῆς γῆς μεστὰς αὐχμοῦ τε καὶ κόνεως, ἐκ δὲ τοῦ ἑτέρου καταβαίνειν ἑτέρας ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καθαράς· καὶ * τὰς ἀεὶ E
ἀφικνουμένας ὥσπερ ἐκ πολλῆς πορείας φαίνεσθαι ἥκειν, καὶ ἀσμένας (****) εἰς τὸν λειμῶνα ἀπιούσας οἷον ἐν πανηγύρει κατασκηνᾶσθαι, καὶ ἀσπάζεσθαί τε ἀλλήλας ὅσαι γνώριμαι, καὶ πυνθάνεσθαι τάς τε ἐκ τῆς γῆς ἡκούσας παρὰ τῶν ἑτέρων τὰ ἐκεῖ καὶ τὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὰ παρ' ἐκείναις· διηγεῖσθαι δὲ ἀλλήλαις τὰς μὲν ὀδυρομένας τε καὶ κλαούσας, ἀναμιμνησκομένας * ὅσα τε καὶ οἷα πάθοιεν καὶ 615
ἴδοιεν ἐν τῇ ὑπὸ γῆς πορείᾳ (εἶναι δὲ τὴν πορείαν χιλιετῆ),

*) γρ. πολλά, ἀλλ'. ἴσ. πολλὰ ἄττ'.
) ἴσ. ἀκούοντος. *) ἴσ. εἶδεν.
(*) γρ. διακελεύοιντό οἱ. (**) ἄλλ. αὐταῖς δικασθείη.
(***) ἄλλ. τῷ ἑτέρῳ. (****) γρ. ἀσμένως.

ab oratione ei audienda ſunt. Dic, inquit, arbitrans non multa eſſe quae libentius audiam. Neque tamen tibi, inquam, Alcinoi apologum narrabo, ſed ſtrenui ſcilicet viri, Eris Armenii filii, oriundi e Pamphylia; qui aliquando, quum in acie cecidiſſet et decem diebus poſt ſublati eſſent caeſi iam corrupti, integer ſublatus eſt, domumque deportatus ut ſepeliretur duodecim diebus poſt rogo impoſitus revixit et quum revixiſſet narravit quae ibi viderat. dixit autem: quum animus ipſius egreſſus eſſet, profectum eſſe cum multis et veniſſe ſe ad locum quendam admirabilem, ubi duo fuerint terrae hiatus inter ſe connexi et caeli quoque hiatus ſupra alii e regione; iudices autem medios eorum ſedere, qui, quum iudicaverint, iuſtos quidem iubeant proficiſci dextrorſus et ſurſum per caelum, ſigna affigentes iudicatorum fronti, iniuſtos autem ſiniſtrorſus et deorſum, habentes hos quoque a tergo ſigna omnium quae fecerint; ipſe autem quum acceſſiſſet, illos dixiſſe oportere ipſum nuncium hominibus afferre de eis quae ibi gererentur, et iuſſiſſe ipſum audire et ſpectare omnia quae hoc in loco fierent. itaque ſe vidiſſe per utrumque hiatum et caeli et terrae discedentes animos, poſtquam ibi in iudicium vocati fuiſſent, ex altero autem adſcendiſſe e terra plenos ſqualoris et pulveris, ex altero deſcendiſſe alios de caelo puros; et omnes advenientes tamquam ex multo itinere videri accedere, et libenter in campum discedentes velut in feſto coetu commorari, et ſalutare inter ſe quicumque noti, et ſciſcitari e terra venientes ex alteris quae ibi gererentur et e caelo profectos quae apud illos fierent; narrare vero inter ſe illos quidem lamentantes ac plorantes, quippe recordantes quanta et qualia perpeſſi eſſent et vidiſſent ſub terra proficiſcentes (eſſe autem profectionem mille annorum), qui vero e caelo migraſſent,

τὰς δ' αὖ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εὐπαθείας διηγεῖσθαι καὶ θέας ἀμηχάνους τὸ κάλλος. τὰ μὲν οὖν πολλά, ὦ Γλαύκων, πολλοῦ χρόνου διηγήσασθαι· τὸ δ' οὖν κεφάλαιον ἔφη τόδε εἶναι, ὅσα πώποτέ τινα ἠδίκησαν καὶ ὅσους ἕκαστοι, ὑπὲρ ἁπάντων δίκην δεδωκέναι ἐν μέρει, ὑπὲρ ἑκάστου δεκάκις· τοῦτο δ' εἶναι κατὰ ἑκατονταετηρίδα ἑκάστην, ὡς * βίου B ὄντος τοσούτου τοῦ ἀνθρωπίνου, ἵνα δεκαπλάσιον τὸ ἔκτισμα τοῦ ἀδικήματος ἐκτίνοιεν· καὶ οἷον *) εἴ τινες πολλῶν θανάτων ἦσαν αἴτιοι, ἢ πόλεις προδόντες ἢ στρατόπεδα καὶ εἰς δουλείας ἐμβεβληκότες, ἤ τινος ἄλλης κακουχίας μεταίτιοι, πάντων τούτων δεκαπλασίας ἀλγηδόνας ὑπὲρ ἑκάστου κομίσαιντο, καὶ αὖ εἴ τινας εὐεργεσίας εὐεργετηκότες καὶ δίκαιοι καὶ ὅσιοι γεγονότες εἶεν, κατὰ ταὐτὰ τὴν ἀξίαν κομίζοιντο. τῶν * δὲ εὐθὺς γενομένων **) καὶ ὀλίγον χρόνον βιούντων C περὶ ἄλλα ἔλεγεν οὐκ ἄξια μνήμης. εἰς δὲ θεοὺς ἀσεβείας τε καὶ εὐσεβείας καὶ γονέας ***) καὶ αὐτόχειρας †) φόνου μείζους ἔτι τοὺς μισθοὺς διηγεῖτο. ἔφη γὰρ δὴ παραγενέσθαι ἐρωτωμένῳ ἑτέρῳ ὑπὸ ἑτέρου ὅπου εἴη Ἀριδαῖος ††) ὁ μέγας. ὁ δὲ Ἀριδαῖος οὗτος τῆς Παμφυλίας ἔν τινι πόλει τύραννος ἐγεγόνει, ἤδη χιλιοστὸν ἔτος εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον, γέροντά τε πατέρα ἀποκτείνας καὶ * πρεσβύτερον ἀδελ- D φόν, καὶ ἄλλα δὴ πολλά τε καὶ ἀνόσια εἰργασμένος, ὡς ἐλέγετο. ἔφη οὖν τὸν ἐρωτώμενον εἰπεῖν, Οὐχ ἥκει, φάναι, οὐδ' ἂν ἥξοι δεῦρο. ἐθεασάμεθα γὰρ οὖν δὴ καὶ τοῦτο τῶν δεινῶν θεαμάτων. ἐπειδὴ ἐγγὺς τοῦ στομίου ἦμεν μέλλοντες ἀνιέναι καὶ τἆλλα πάντα πεπονθότες, ἐκεῖνόν τε κατείδομεν ἐξαίφνης καὶ ἄλλους σχεδόν τι αὐτῶν τοὺς πλείστους τυράννους· ἦσαν δὲ καὶ ἰδιῶταί τινες τῶν μεγάλα ἡμαρτηκότων· οὓς οἰομένους * ἤδη ἀναβήσεσθαι οὐκ ἐδέχετο τὸ στόμιον, E ἀλλ' ἐμυκᾶτο, ὁπότε τις τῶν οὕτως ἀνιάτως ἐχόντων εἰς πονηρίαν ἢ μὴ ἱκανῶς δεδωκὼς δίκην ἐπιχειροῖ ἀνιέναι. ἐνταῦθα δὴ ἄνδρες, ἔφη, ἄγριοι καὶ διάπυροι †††) ἰδεῖν, παρεστῶτες καὶ καταμανθάνοντες τὸ φθέγμα, τοὺς μὲν ἰδίᾳ λα-

*) ἴσ. ἀνθρωπίνου, οἷον. **) ἴσ. γενομένων ἀποθανόντων. ***) ἴσ. καὶ εἰς γονέας. †) ἴσ. αὐτοχειρίας. ††) γρ. Ἀρδιαῖος. †††) ἄλλ. ἄγριοι, διάπυροι.

lautitias narrare et ſpectationes mirum quam pulchras. ac plurima quidem, Glauco, narrare multi eſt temporis; ſummam autem dixit in hoc conſiſtere: quot umquam alicui iniurias feciſſent et quibuscumque quisque, harum omnium poenas dediſſe ſingulos, cuiusque decies; hoc autem eſſe centenis quibusque annis, quia vitae humanae tantum eſſet ſpatium, ut malefacti poenas decies luerent, velut ſi qui multorum caedis cauſam ſuſtinuiſſent, vel civitates prodentes vel exercitus et in ſervitutem coniicientes, vel aliam quam calamitatem intuliſſent, omnium horum cuiusque decies poenas penderent, atque etiam ſi quos beneficiis affeciſſent iuſtique et pii exſtitiſſent, eodem modo pro dignitate honorarentur. de eis vero qui ſtatim ut nati fuiſſent mortem obiſſent et breve tempus vixiſſent alia retulit haud digna quae memorentur. pietatis autem et impietatis erga deos et parentes mortisque conſcitae etiam maiores commemoravit mercedes. narravit enim ſe adfuiſſe quum alter ab altero interrogaretur ubi eſſet Aridaeus magnus. hic autem Aridaeus in Pamphyliae urbe quadam tyrannus fuerat, abhinc annis iam mille, ſenem patrem occiderat fratremque natu maiorem, et alia multa impia commiſerat, ut tradebatur. dixit igitur interrogatum reſpondiſſe: Non venit nec veniet huc. vidimus igitur etiam hoc horribile ſpectaculum. quum prope oſtium eſſemus reliqua omnia perpeſſi et adſcendere vellemus, illum conſpeximus repente aliosque plurimos fere tyrannos; aderant etiam privati quidam ex iis qui magna peccaverant, quos opinantes ſe iam adſcenſuros eſſe non recipiebat oſtium, ſed mugiebat, quotiescumque aliquis eorum qui tam inſanabili eſſent improbitate vel qui non ſatis poenas luiſſet conaretur adſcendere. hic igitur viri, inquit, feri et ardentes ad adſpectum, prope ſtantes et fremitum percipientes, illos quidem ſeparatim

βόντες *) ἦγον, τὸν δὲ Ἀριδαῖον καὶ ἄλλους ξυμποδίσαντες χεῖράς τε καὶ πόδας * καὶ κεφαλήν, καταβαλόντες καὶ ἐκδει- 616
ραντες, εἶλκον παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκτὸς ἐπ' ἀσπαλάθων κνάπτοντες, καὶ τοῖς ἀεὶ παριοῦσι σημαίνοντες ὧν ἕνεκά τε ταῦτα ὑπομένοιεν καὶ ὅτι εἰς τὸν τάρταρον ἐμπεσούμενοι ἄγοιντο, ἔνθα δὴ φόβων, ἔφη, πολλῶν καὶ παντοδαπῶν σφίσι γεγονότων τοῦτον ὑπερβάλλειν τὸν φόβον, μὴ γένοιτο ἑκάστῳ τὸ φθέγμα, ὅτε ἀναβαίνοι **), καὶ ἀσμεναίτατα ***) ἕκαστον σιγήσαντος ἀναβῆναι. καὶ τὰς μὲν δὴ δίκας τε καὶ τιμωρίας τοιαύτας * τινὰς εἶναι, καὶ αὖ τὰς εὐεργεσίας ταύταις B
ἀντιστρόφους. ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἐν τῷ λειμῶνι ἑκάστοις ἑπτὰ ἡμέραι γένοιντο, ἀναστάντας ἐντεῦθεν δεῖν τῇ ὀγδόῃ πορεύεσθαι, καὶ ἀφικνεῖσθαι τεταρταίους, ὅθεν καθορᾶν ἄνωθεν διὰ παντὸς τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς τεταμένον φῶς εὐθύ, οἷον κίονα, μάλιστα τῇ Ἰριδι προσφερές †), λαμπρότερον δὲ καὶ καθαρώτερον, εἰς ὃ ἀφικέσθαι προελθόντας ἡμερησίαν ὁδόν, καὶ ἰδεῖν αὐτόθι κατὰ μέσον * τὸ φῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὰ C
ἄκρα αὐτοῦ τῶν δεσμῶν τεταμένα· εἶναι γὰρ τοῦτο τὸ φῶς ξύνδεσμον τοῦ οὐρανοῦ, οἷον τὰ ὑποζώματα τῶν τριήρων, οὕτω πᾶσαν ξυνέχον τὴν περιφοράν. ἐκ δὲ τῶν ἄκρων τεταμένον Ἀνάγκης ἄτρακτον, δι' οὗ πάσας ἐπιστρέφεσθαι τὰς περιφοράς· οὗ τὴν μὲν ἠλακάτην τε καὶ τὸ ἄγκιστρον εἶναι ἐξ ἀδάμαντος, τὸν δὲ σφόνδυλον μικτὸν ἔκ τε τούτου καὶ ἄλλων γενῶν. τὴν δὲ τοῦ σφονδύλου φύσιν * εἶναι τοιάνδε, τὸ μὲν D
σχῆμα, οἷαπερ ἡ τοῦ ἐνθάδε, νοῆσαι δὲ δεῖ ἐξ ὧν ἔλεγε, τοιόνδε αὐτὸν εἶναι, ὥσπερ ἂν εἰ ἐν ἐνὶ μεγάλῳ σφονδύλῳ κοίλῳ καὶ ἐξεγλυμμένῳ διαμπερὲς ἄλλος τοιοῦτος ἐλάττων ἐγκέοιτο ἁρμόττων, καθάπερ οἱ κάδοι οἱ εἰς ἀλλήλους ἁρμόττοντες· καὶ οὕτω δὴ τρίτον ἄλλον καὶ τέταρτον καὶ ἄλλους τέτταρας· ὀκτὼ γὰρ εἶναι τοὺς ξύμπαντας σφονδύλους, ἐν ἀλλήλοις ἐγκειμένους, κύκλους ἄνωθεν τὰ χείλη * φαίνοντας, νῶτον ξυνεχὲς ἑνὸς σφονδύλου ἀπεργαζομένους E
περὶ τὴν ἠλακάτην· ἐκείνην δὲ διὰ μέσου τοῦ ὀγδόου διαμ-

*) ἄλλ. μὲν διαλαβόντες. **) γρ. φόβον, εἰ μυκήσαιτο τὸ στόμιον· καὶ ἀσμεν. ἴσ. μὴ γένοιτο τὸ φθέγμα, ὅτε ἀναβαίνοιεν.
***) γρ. ἀσμενέστατα. †) ἄλλ. προσφερῆ.

prehendentes duxerunt, Aridaeum vero aliosque colligatis et manibus et pedibus et capite proſtratos et excarnificatos traxerunt iuxta viam foras ſuper ſpinis laniantes, et cuique praetereunti ſignificantes quam ob cauſam illi haec paterentur, eosque abduci ut in Tartarum coniicerentur, ubi, quum multi, inquit, variique terrores eis iniicerentur, hunc tamen terrorem ac metum ſuperare omnes, ne fremitus ederetur, quando adſcenſuri eſſent, et libentiſſime quemque illo ſilente adſcendere. ac poenas quidem et ſupplicia haec fere eſſe, atque etiam beneficia his reſpondentia. quum autem quisque in campo ſeptem dies traduxiſſet, ſurgentibus hinc octavo die proficiſcendum fuiſſe, et veniſſe quatriduo in locum unde ſpectaverint deſuper per totum caelum et terram extenſum lumen directum inſtar columnae, maxime Iridis ſimile, ſplendidius vero ac purius, ad quod veniſſe quum viam confeciſſent unius diei, ibique vidiſſe medio in lumine extremitates caeli vinculorum ex illo ſuspenſas; eſſe enim hoc lumen colligationem caeli quae, ſicuti cingula triremium, ita univerſum contineret circuitum. ex illis vero extremitatibus ſuspenſum eſſe Neceſſitatis fuſum, per quem omnes converterentur circuitus; eiusque ſcapum et hamum eſſe adamantinum, verticillum vero compoſitum ex hoc aliisque generibus. verticilli autem naturam eſſe hanc ut ſpeciem quidem talem haberet qualem hic apud nos, ex iis autem quae retulit cogitandus eſt perinde ſe habere, ac ſi uni magno verticillo eique cavo et exſculpto penitus alius huiusmodi minor inſertus ſit congruens, quemadmodum cadi inter ſe quadrantes; et ita tertius alius et quartus aliique quattuor; octo enim eſſe univerſos verticillos, inter ſe inſertos, orbes ſuperne labia oſtendentes, dorſum continuum unius verticilli efficientes circum ſcapum, hunc autem per totum medium octavum per-

περὲς ἐληλάσθαι. τὸν μὲν οὖν πρῶτόν τε καὶ ἐξωτάτω σφόνδυλον πλατύτατον τὸν τοῦ χείλους κύκλον ἔχειν, τὸν δὲ τοῦ ἕκτου δεύτερον, τρίτον δὲ τὸν τοῦ τετάρτου, τέταρτον δὲ τὸν τοῦ ὀγδόου, πέμπτον δὲ τὸν τοῦ ἑβδόμου, ἕκτον δὲ τὸν τοῦ πέμπτου, ἕβδομον δὲ τὸν τοῦ τρίτου, ὄγδοον δὲ τὸν τοῦ δευτέρου. καὶ τὸν μὲν τοῦ μεγίστου ποικίλον, τὸν δὲ τοῦ ἑβδόμου λαμπρότατον, τὸν δὲ τοῦ ὀγδόου τὸ χρῶμα ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου ἔχειν * προσλάμποντος, τὸν δὲ τοῦ δευτέ- 617
ρου καὶ πέμπτου παραπλήσια ἀλλήλοις, ξανθότερα ἐκείνων, τρίτον δὲ λευκότατον χρῶμα ἔχειν, τέταρτον δὲ ὑπέρυθρον, δεύτερον δὲ λευκότητι τὸν ἕκτον ὑπερβάλλειν. κυκλεῖσθαι δὲ δὴ στρεφόμενον τὸν ἄτρακτον ὅλον μὲν τὴν αὐτὴν φοράν· ἐν δὲ τῷ ὅλῳ περιφερομένῳ τοὺς μὲν ἐντὸς ἑπτὰ κύκλους τὴν ἐναντίαν τῷ ὅλῳ ἠρέμα περιφέρεσθαι, αὐτῶν δὲ τούτων τάχιστα μὲν ἰέναι τὸν ὄγδοον, δευτέρους * δὲ καὶ ἅμα ἀλ- B
λήλοις τόν τε ἕβδομον καὶ ἕκτον καὶ πέμπτον· τὸν τρίτον δὲ φορᾷ ἰέναι, ὡς σφίσι φαίνεσθαι, ἐπανακυκλούμενον τὸν τέταρτον, τέταρτον δὲ τὸν τρίτον καὶ πέμπτον τὸν δεύτερον. στρέφεσθαι δὲ αὐτὸν ἐν τοῖς τῆς Ἀνάγκης γόνασιν. ἐπὶ δὲ τῶν κύκλων αὐτοῦ ἄνωθεν ἐφ' ἑκάστου βεβηκέναι Σειρῆνα ξυμπεριφερομένην, φωνὴν μίαν ἰεῖσαν, ἕνα τόνον *)· ἐκ πασῶν δὲ ὀκτὼ οὐσῶν μίαν ἁρμονίαν ξυμφωνεῖν. ἄλλας δὲ καθημένας πέριξ δι' ἴσου τρεῖς, ἐν θρόνῳ * ἑκάστην, θυγατέρας τῆς C
Ἀνάγκης, Μοίρας, λευχειμονούσας, στέμματα ἐπὶ τῶν κεφαλῶν ἐχούσας, Λάχεσίν τε καὶ Κλωθὼ καὶ Ἄτροπον, ὑμνεῖν πρὸς τὴν τῶν Σειρήνων ἁρμονίαν, Λάχεσιν μὲν τὰ γεγονότα, Κλωθὼ δὲ τὰ ὄντα, Ἄτροπον δὲ τὰ μέλλοντα. καὶ τὴν μὲν Κλωθὼ τῇ δεξιᾷ χειρὶ ἐφαπτομένην ξυνεπιστρέφειν τοῦ ἀτράκτου τὴν ἔξω περιφοράν, διαλείπουσαν χρόνον, τὴν δὲ Ἄτροπον τῇ ἀριστερᾷ τὰς ἐντὸς αὖ ὡσαύτως, τὴν δὲ Λάχεσιν * ἐν μέρει ἑκατέρας ἑκατέρᾳ τῇ χειρὶ ἐφάπτεσθαι. Σφᾶς D
οὖν, ἐπειδὴ ἀφικέσθαι, εὐθὺς δεῖν ἰέναι πρὸς τὴν Λάχεσιν. προφήτην οὖ τινὰ σφᾶς πρῶτον μὲν ἐν τάξει διαστῆσαι, ἔπειτα λαβόντα ἐκ τῶν τῆς Λαχέσεως γονάτων κλήρους τε καὶ βίων παραδείγματα, ἀναβάντα ἐπί τι βῆμα ὑψηλὸν εἰ-

*) γρ. ἀνάτονον.

tinere. ac primum quidem et extremum verticillum latiſſimum labii orbem habere, ſexti orbem ſecundum eſſe, tertium quarti, quartum octavi, quintum ſeptimi, ſextum quinti, ſeptimum tertii, octavum ſecundi. et maximi quidem orbem eſſe varium, ſeptimi ſplendidiſſimum, octavi colorem a ſeptimo habere affulgente, ſecundi et quinti ſimiles inter ſe colores habere, magis flavos quam illos, tertium candidiſſimum, quartum ſubruſum, et ſecundum candore ſextum ſuperare. ferri autem fuſum ſe convertentem totum quidem eodem motu; in toto autem ſe convertente interiores ſeptem orbes in contrariam totius partem leniter circumferri; et ex his ipſis celerrime agitari octavum, ſecundos et ſimul ſeptimum et ſextum et quintum; tertium vero, ut ipſis viſum eſſet, ita ferri ut quarto ſe circumvolveret, quartum ut tertio et quintum ut ſecundo. agitari autem eum in Neceſſitatis genibus. in orbibus eius ſingulis ſuperne inſiſtere Sirena una circumactam, vocem unam fundentem, unum tonum; et ex omnibus quae octo eſſent unum concentum effici concordem. alias vero ſedentes circumcirca pari intervallo tres, in ſolio quamque, filias Neceſſitatis, Parcas, albis veſtibus indutas, infulas in capite habentes, Lacheſin, Clotho et Atropon, canere ad Sirenum concentum, Lacheſin praeterita, Clotho praeſentia et Atropon futura. et Clotho quidem dextra manu attingentem una circumagere exteriorem fuſi circuitum, interiecto tempore, Atropon ſiniſtra interiores eodem modo. Lacheſin autem alternis utrasque utraque manu. Ipſos igitur quum adveniſſent ſtatim oportuiſſe ad Lacheſin accedere: tum vatem aliquem ipſos primum in ordinem diſpoſuiſſe, deinde ſumptis e Lacheſis genibus ſortibus vitaeque exemplis ſuggeſtum quendam excelſum conſcendiſſe verbaque haecce fe-

πεῖν Ἀνάγκης θυγατρὸς κόρης Λαχέσεως λόγος. Ψυχαὶ ἐφήμεροι, ἀρχὴ ἄλλης περιόδου θνητοῦ γένους θανατηφόρου, οὐχ ὑμᾶς * δαίμων λήξεται, ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε. Ε πρῶτος δ' ὁ λαχὼν πρῶτος αἱρείσθω βίον, ᾧ ξυνέσται ἐξ ἀνάγκης. ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον, ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆς ἕκαστος ἕξει. αἰτία ἑλομένου, θεὸς ἀναίτιος. Ταῦτα εἰπόντα ῥῖψαι ἐπὶ πάντας τοὺς κλήρους, τὸν δὲ παρ' αὐτὸν πεσόντα ἕκαστον ἀναιρεῖσθαι, πλὴν οὗ· ἐὲ δὲ οὐκ ἐᾶν. τῷ δὲ ἀνελομένῳ δῆλον εἶναι ὁπόστος εἵληχε *). * μετὰ δὲ τοῦτο αὖθις τὰ τῶν βίων παραδείγματα εἰς τὸ 618 πρόσθεν σφῶν θεῖναι ἐπὶ τὴν γῆν, πολὺ πλείω τῶν παρόντων· εἶναι δὲ παντοδαπά· ζώων τε γὰρ πάντων βίους καὶ δὴ καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους ἅπαντας· τυραννίδας τε γὰρ ἐν αὐτοῖς εἶναι, τὰς μὲν διατελεῖς, τὰς δὲ καὶ μεταξὺ διαφθειρομένας καὶ εἰς πενίας τε καὶ φυγὰς καὶ εἰς πτωχείας τελευτώσας· εἶναι δὲ καὶ δοκίμων ἀνδρῶν βίους, τοὺς μὲν ἐπὶ εἴδεσι καὶ κατὰ κάλλη καὶ τὴν ἄλλην ἰσχύν τε * καὶ ἀγω- Β νίαν, τοὺς δ' ἐπὶ γένεσι καὶ προγόνων ἀρεταῖς, καὶ ἀδοκίμων **) κατὰ ταὐτά· ὡσαύτως δὲ καὶ γυναικῶν. ψυχῆς δὲ τάξιν οὐκ ἐνεῖναι διὰ τὸ ἀναγκαίως ἔχειν ἄλλον ἑλομένην βίον ἀλλοίαν γίγνεσθαι· τὰ δ' ἄλλα ἀλλήλοις τε καὶ πλούτοις καὶ πενίαις, τὰ δὲ νόσοις, τὰ δὲ ὑγιείαις μεμίχθαι, τὰ δὲ καὶ μεσοῦν ***) τούτων.

Ἔνθα δή, ὡς ἔοικεν, ὦ φίλε Γλαύκων, ὁ πᾶς κίνδυνος ἀνθρώπῳ, καὶ διὰ ταῦτα μάλιστα ἐπιμελητέον ὅπως ἕκαστος ἡμῶν * τῶν ἄλλων μαθημάτων ἀμελήσας τούτου τοῦ μαθή- C ματος καὶ ζητητὴς καὶ μαθητὴς ἔσται, ἐάν ποθεν οἷός τ' ᾖ μαθεῖν καὶ ἐξευρεῖν τίς †) αὐτὸν ποιήσει δυνατὸν καὶ ἐπιστήμονα, βίον καὶ χρηστὸν καὶ πονηρὸν διαγιγνώσκοντα, τὸν βελτίω ἐκ τῶν δυνατῶν ἀεὶ πανταχοῦ αἱρεῖσθαι, ἀναλογιζόμενον πάντα τὰ νῦν δὴ ῥηθέντα καὶ ξυντιθέμενα ἀλλήλοις καὶ διαιρούμενα πρὸς ἀρετὴν βίου πῶς ἔχει· καὶ εἰδέναι τί κάλλος πενίᾳ ἢ πλούτῳ κραθὲν * καὶ μετὰ ποίας D

*) γρ. εἵληφε. ἄλλ. εἰλήχειν.
**) γρ. εὐδοκίμων. ἴσ. καὶ αὐ ἀδοκίμων.
***) γρ. μέσον. †) ἴσ. ἐξευρεῖν, ὅ τε.

ciſſe: Neceſſitatis filiae virginis Lacheſis oratio: Animi in diem viventes, initium alius circuitus mortalis generis letiferi, non vos genius ſortietur, ſed vos genium eligetis. qui primus ſortem ducit primus eligito vitam in qua verſabitur neceſſitate adſtrictus. virtus autem libera eſt, quam ut quisque maxime colet aut negliget, ita maxime aut minime habebit. culpa penes eligentem, deus culpa caret. Quae quum dixiſſet, conieciſſe in omnes ſortes, et quemque ſuſtuliſſe ſibi obiectam, ſe excepto; ſibi enim illum non permiſiſſe. quum vero ſuſtuliſſet quisque, liquere quotus ſortito factus eſſet. deinde rurſus vitarum exempla ante ipſos poſuiſſe in terra, multo plura quam praesentia; fuiſſe autem varii generis; animantium enim omnium vitas atque etiam humanas omnes; etenim tyrannides in eis fuiſſe, partim perpetuas, partim quoque medio in curſu exſtinctas et in paupertatem, exſilium et mendicitatem verſas; fuiſſe etiam ſpectatorum virorum vitas, partim ad ſpeciem et pulchritudinem reliquasque vires et certationem, partim ad nobilitatem maiorumque virtutes, et ignobilium ſimiliter, itemque mulierum. animi autem ordinem non ineſſe propterea quod neceſſario aliam eligens vitam alius exſiſteret: reliqua et inter ſe et divitiis ac paupertate, morbis et ſanitate mixta eſſe, nonnulla etiam medium quiddam tenere.

Hic iam, ut patet, care Glauco, omne periculum homini, et hanc ob cauſam omnem cuiusque noſtrum curam verſari oportet in hoc ut reliquis diſciplinis neglectis hanc diſciplinam et inveſtiget et addiſcat, ſicunde poſſit addiſcere et invenire, quae ipſum ita comparet, ut poſſit ac ſciat, vitam bonam a prava discernens, meliorem ex omnibus quaecumque eligi poſſint ubique eligere, ſecum reputans omnia modo dicta eaque inter ſe componens atque diiudicans ad vitam virtute praeſtantem quomodo ſe habeant; ut porro intelligat, quid pulchritudo cum paupertate aut divitiis coniuncta et cum

τινὸς ψυχῆς ἕξεως κακὸν ἢ ἀγαθὸν ἐργάζεται, καὶ τί εὐγένειαι καὶ δυσγένειαι καὶ ἰδιωτεῖαι καὶ ἀρχαὶ καὶ ἰσχύες καὶ ἀσθένειαι καὶ εὐμαθίαι καὶ δυσμαθίαι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τῶν φύσει περὶ ψυχὴν ὄντων καὶ τῶν ἐπικτήτων τί ξυγκεραννύμενα πρὸς ἄλληλα ἐργάζεται, ὥστε ἐξ ἁπάντων αὐτῶν δυνατὸν εἶναι ξυλλογισάμενον αἱρεῖσθαι, πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς φύσιν ἀποβλέποντα, τόν τε χείρω καὶ τὸν ἀμείνω βίον, χείρω * μὲν καλοῦντα ὃς αὐτὴν ἐκεῖσε ἄξει εἰς τὸ E
ἀδικωτέραν γίγνεσθαι, ἀμείνω δὲ ὅστις εἰς τὸ δικαιοτέραν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα χαίρειν ἐᾶν· ἑωράκαμεν γὰρ ὅτι ζῶντί τε καὶ τελευτήσαντι αὕτη κρατίστη αἵρεσις. ἀδαμαντίνως * δεῖ 619
δὴ *) ταύτην τὴν δόξαν ἔχοντα εἰς Ἅιδου ἰέναι, ὅπως ἂν ἧ καὶ ἐκεῖ ἀνέκπληκτος ὑπὸ πλούτων τε καὶ τῶν τοιούτων κακῶν, καὶ μὴ ἐμπεσὼν εἰς τυραννίδας καὶ ἄλλας τοιαύτας πράξεις πολλὰ μὲν εργάσηται καὶ ἀνήκεστα κακά, ἔτι δὲ αὐτὸς μείζω πάθῃ, ἀλλὰ γνῷ τὸν μέσον ἀεὶ τῶν τοιούτων βίον αἱρεῖσθαι καὶ φεύγειν τὰ ὑπερβάλλοντα ἑκατέρωσε καὶ ἐν τῷδε τῷ βίῳ κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ ἐν παντὶ τῷ ἔπειτα· οὕτω γὰρ εὐδαιμονέστατος * γίγνεται ἄνθρωπος. B

Καὶ δὴ οὖν καὶ τότε ὁ ἐκεῖθεν ἄγγελος ἤγγελλε τὸν μὲν προφήτην οὕτως εἰπεῖν Καὶ τελευταίῳ ἐπιόντι, σὺν τῷ ἑλομένῳ, ξυντόνως ζῶντι, κεῖται βίος ἀγαπητός, οὐ κακός. μήτε ὁ ἄρχων αἱρέσεως ἀμελείτω μήτε ὁ τελευτῶν ἀθυμείτω. Εἰπόντος δὲ ταῦτα τὸν πρῶτον λαχόντα ἦφη εὐθὺς ἐπιόντα τὴν μεγίστην τυραννίδα ἑλέσθαι, καὶ ὑπὸ ἀφροσύνης τε καὶ λαιμαργίας οὐ πάντα ἱκανῶς ἀνασκεψάμενον ἑλέσθαι, * ἀλλ' C
αὐτὸν λαθεῖν ἐνοῦσαν εἱμαρμένην, παίδων αὐτοῦ βρώσεις καὶ ἄλλα κακά· ἐπειδὴ δὲ κατὰ σχολὴν σκέψασθαι, κόπτεσθαί τε καὶ ὀδύρεσθαι τὴν αἵρεσιν, οὐκ ἐμμένοντα τοῖς προῤῥηθεῖσιν ὑπὸ τοῦ προφήτου· οὐ γὰρ ἑαυτὸν αἰτιᾶσθαι τῶν κακῶν, ἀλλὰ τύχην τε καὶ δαίμονας καὶ πάντα μᾶλλον ἀνθ' ἑαυτοῦ. εἶναι δὲ αὐτὸν τῶν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἡκόντων, ἐν τεταγμένῃ πολιτείᾳ ἐν τῷ προτέρῳ βίῳ βεβιωκότα, ἔθει

*) γρ. δὴ δεῖ.

animi habitu qualiscumque eſt mali aut boni efficiat, et quid generis ſplendor aut humilitas, vita privata et imperia, robur et imbecillitas, ingenium docile et indocile omniaque eiusdem generis quae vel natura animo inhaerent vel acquiruntur, quid igitur haec inter ſe conflata efficiant, ut ex omnibus illis colligens eligere poſſit, ad animi naturam ſpectans, deteriorem ac meliorem vitam, deteriorem quidem vocans quae ipſum eo ducat ut iniuſtior exſiſtat, meliorem autem quae iuſtiorem eum reddat, reliqua vero omnia miſſa faciat; vidimus enim hanc tam viventi quam mortuo optimam eſſe electionem. firmiſſime igitur eum oportet hanc ſententiam tenentem ad inferos abire, ut ibi quoque neque divitiis neque aliis huiusmodi malis perturbetur, nec incidens in tyrannides aliasque eiusmodi actiones multa committat inſanabilia facinora, atque etiam maiora ipſe patiatur, ſed intelligat mediam ſemper harum vitam eligendam et fugienda eſſe quae in alterutram partem modum excedant et in hacce vita quoad eius fieri poſſit et in omni poſtera; ita enim beatiſſimus exſiſtit homo.

Atque etiam tum nuncius iſtinc veniens nunciavit vatem haec dixiſſe: Etiam poſtremo accedenti, ſi prudenter eligit et contente vivit, propoſita eſt vita probata, non mala. neque qui incipit electionem negligens eſto neque qui eam finit deſperato. Quae quum dixiſſet, eum qui primus ſortem duxiſſet narravit ſtatim procedentem maximam elegiſſe tyrannidem, et prae dementia atque inſatiabili cupiditate non omnia ſatis perpendentem eam elegiſſe, ſed fugiſſe eum hoc fatum ineſſe, ut ſuos ipſe liberos voraret aliaque facinora committeret; ubi vero per otium perpenderet, plangi et queri de electione quod non obſervaſſet a vate praedicta; neque enim ſibi cauſam attribuere malorum, ſed fortunae et geniis omnibusque potius quam ſibi. fuiſſe autem eum ex illis qui e caelo veniſſent, et in civitate bene conſtituta priore in vita vixiſſe, conſuetudine ſine philoſophia

ἄνευ φιλοσοφίας ἀρετῆς * μετειληφότα. ὡς δὲ καὶ εἰπεῖν, D
οὐκ ἐλάττους εἶναι ἐν τοῖς τοιούτοις ἁλισκομένους τοὺς ἐκ
τοῦ οὐρανοῦ ἥκοντας, ἅτε πόνων ἀγυμνάστους· τῶν δ' ἐκ
τῆς γῆς τοὺς πολλούς, ἅτε αὐτούς τε πεπονηκότας ἄλλους
τε ἑωρακότας, οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς τὰς αἱρέσεις ποιεῖσθαι. διὸ
δὴ καὶ μεταβολὴν τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν ταῖς πολλαῖς
τῶν ψυχῶν γίγνεσθαι, καὶ διὰ τὴν τοῦ κλήρου τύχην· ἐπεὶ
εἴ τις ἀεί, ὁπότε εἰς τὸν ἐνθάδε βίον ἀφικνοῖτο, ὑγιῶς φι-
λοσοφοῖ * καὶ ὁ κλῆρος αὐτῷ τῆς αἱρέσεως μὴ τελευταῖος *) E
πίπτοι, κινδυνεύει ἐκ τῶν ἐκεῖθεν ἀπαγγελλομένων οὐ μό-
νον ἐνθάδε εὐδαιμονεῖν ἄν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐνθένδε ἐκεῖσε καὶ
δεῦρο πάλιν πορείαν οὐκ ἂν χθονίαν καὶ τραχεῖαν πορεύε-
σθαι, ἀλλὰ λείαν τε καὶ οὐρανίαν. ταύτην γὰρ δὴ ἔφη τὴν
θέαν ἀξίαν εἶναι ἰδεῖν, ὡς ἕκασται αἱ ψυχαὶ ἥροῦντο τοὺς
βίους· * ἐλεεινήν **) τε γὰρ ἰδεῖν εἶναι καὶ γελοίαν καὶ 620
θαυμασίαν· κατὰ ξυνήθειαν γὰρ τοῦ προτέρου βίου τὰ πολ-
λὰ αἱρεῖσθαι. ἰδεῖν μὲν γὰρ ψυχὴν ἔφη τήν ποτε Ὀρφέως
γενομένην κύκνου βίον αἱρουμένην μίσει τοῦ γυναικείου γέ-
νους, διὰ τὸν ὑπ' ἐκείνων θάνατον οὐκ ἐθέλουσαν ἐν γυναι-
κὶ γεννηθεῖσαν γενέσθαι· ἰδεῖν δὲ τὴν Θαμύρου ἀηδόνος
ἑλομένην· ἰδεῖν δὲ καὶ κύκνον μεταβάλλοντα εἰς ἀνθρωπί-
νου βίου αἵρεσιν, καὶ ἄλλα ζῶα μουσικὰ ὡσαύτως, * ὡς τὸ B
εἰκός. τὴν δὲ λαχοῦσαν ψυχὴν ἑλέσθαι λέοντος βίον· εἶναι
δὲ τὴν Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου, φεύγουσαν ἄνθρωπον γε-
νέσθαι, μεμνημένην τῆς τῶν ὅπλων κρίσεως. τὴν δ' ἐπὶ τού-
τῳ Ἀγαμέμνονος· ἔχθρᾳ ***) δὲ καὶ ταύτην τοῦ ἀνθρωπί-
νου γένους διὰ τὰ πάθη ἀετοῦ διαλλάξαι βίον. ἐν μέσοις
δὲ λαχοῦσαν τὴν Ἀταλάντης ψυχήν, κατιδοῦσαν μεγάλας τι-
μὰς ἀθλητοῦ ἀνδρός, οὐ δύνασθαι παρελθεῖν, ἀλλὰ λαβεῖν.
μετὰ * δὲ ταύτην ἰδεῖν τὴν Ἐπειοῦ τοῦ Πανοπέως εἰς C
τεχνικῆς γυναικὸς ἰοῦσαν φύσιν· πόῤῥω δ' ἐν ὑστάτοις ἰδεῖν
τὴν τοῦ γελωτοποιοῦ Θερσίτου πίθηκον ἐνδυομένην. κατὰ
τύχην δὲ τὴν Ὀδυσσέως λαχοῦσαν πασῶν ὑστάτην, αἱρησο-

---

*) ἄλλ. ἐν τελευταίοις. **) ἴσ. ἐλεινήν.
***) γρ. ἐχθράν.

virtutem adeptum. omnino etiam non pauciores esse qui hac in causa deprehenderentur ex iis qui e caelo venirent, quippe qui aerumnarum imperiti essent; eorum contra qui e terra venirent, plurimos, quippe qui et ipsi labores exanclassent et alios vidissent, non subito electiones facere. quocirca etiam conversionem malorum et bonorum plurimis animis contingere, simulque propter sortem fortuitam; quamquam si quis semper, quotiescumque hanc in vitam venerit, vere philosophetur et sors ei electionis non postrema cadat, ex eis quae inde renunciata sunt videatur non solum hic beatus fore, verum etiam hinc illuc et huc rursus viam haud terrestrem et asperam ingredi, sed leuem et caelestem. hoc enim dixit spectaculum dignum esse quod videretur, quomodo animi singuli elegissent vitas; miserabile enim esse ad adspectum et ridiculum et admirabile; pro consuetudine enim prioris vitae ex maxima parte eos eligere. etenim se vidisse narravit animum qui quondam Orphei fuisset cycni vitam eligentem odio muliebris sexus, propter mortem ab illis illatam nolentem in muliere procreatum nasci; vidisse porro Thamyrae animum lusciniae vitam eligentem; vidisse etiam cycnum ad humanae vitae electionem se convertentem, et alia animantia musica itidem, ut consentaneum esset. animum vero cuius sors excidisset leonis elegisse vitam; fuisse autem hunc Aiacis Telamonis filii, fugientem hominis vitam, memorem armorum iudicii. post hunc vero Agamemnonis; odio hunc quoque humani generis propter mala quae ei accidissent aquilae sumpsisse vitam. Atalantes vero animum, cuius sors in mediis excidisset, quum magnos athletae viri conspexissent honores, non potuisse praeterire, sed sumpsisse. post hunc autem se vidisse Epei Panopei animum in artificiosae mulieris abeuntem naturam; procul autem in ultimis se vidisse Thersitis scurrae animum simiae speciem sibi induentem. Ulixis vero animum, cuius sors casu omnium postrema

μένην ἰέναι· μνήμῃ δὲ τῶν προτέρων πόνων φιλοτιμίας λελωφηκυῖαν ζητεῖν περιοῦσαν χρόνον πολὺν βίον ἀνδρὸς ἰδιώτου ἀπράγμονος *), καὶ μόγις εὑρεῖν κείμενόν που καὶ παρημελημένον ὑπὸ τῶν ἄλλων, καὶ εἰπεῖν * ἰδοῦσαν ὅτι τὰ D
αὐτὰ ἂν ἔπραξε καὶ πρώτη λαχοῦσα, καὶ ἀσμένην ἑλέσθαι. καὶ ἐκ τῶν ἄλλων δὴ θηρίων ὡσαύτως εἰς ἀνθρώπους ἰέναι καὶ εἰς ἄλληλα, τὰ μὲν ἄδικα εἰς τὰ ἄγρια, τὰ δὲ δίκαια εἰς τὰ ἥμερα μεταβάλλοντα, καὶ πάσας μίξεις μίγνυσθαι. ἐπειδὴ δ' οὖν πάσας τὰς ψυχὰς τοὺς βίους ἡρῆσθαι, ὥσπερ ἔλαχον, ἐν τάξει προσιέναι πρὸς τὴν Λάχεσιν· ἐκείνην δ' ἑκάστῳ ὃν εἵλετο δαίμονα, τοῦτον φύλακα ξυμπέμπειν * τοῦ βίου καὶ E
ἀποπληρωτὴν τῶν αἱρεθέντων. ὃν πρῶτον μὲν ἄγειν αὐτὴν πρὸς τὴν Κλωθὼ ὑπὸ τὴν ἐκείνης χεῖρά τε καὶ ἐπιστροφὴν τῆς τοῦ ἀτράκτου δίνης, κυροῦντα ἣν λαχὼν εἵλετο μοῖραν· ταύτης δ' ἁψάμενον αὖθις ἐπὶ τὴν τῆς Ἀτρόπου ἄγειν νῆσιν, ἀμετάστροφα τὰ ἐπικλωσθέντα **) ποιοῦντα· ἐντεῦθεν δὲ δὴ ἀμεταστρεπτὶ ὑπὸ τὸν τῆς * Ἀνάγκης ἰέναι θρόνον. 621
καὶ δι' ἐκείνου διεξελθόντα, ἐπειδὴ καὶ οἱ ἄλλοι διῆλθον, πορεύεσθαι ἅπαντας εἰς τὸ τῆς Λήθης πεδίον διὰ καύματός τε καὶ πνίγους δεινοῦ· καὶ γὰρ εἶναι αὐτὸ κενὸν δένδρων τε καὶ ὅσα γῆ φύει. σκηνᾶσθαι οὖν σφᾶς ἤδη ἑσπέρας γιγνομένης παρὰ τὸν Ἀμέλητα ποταμόν, οὗ τὸ ὕδωρ ἀγγεῖον οὐδὲν στέγειν. μέτρον μὲν οὖν τι τοῦ ὕδατος πᾶσιν ἀναγκαῖον εἶναι πιεῖν, τοὺς δὲ φρονήσει μὴ σωζομένους πλέον πίνειν τοῦ μέτρου· τὸν δὲ ἀεὶ πιόντα * πάντων ἐπιλανθά- B
νεσθαι. ἐπειδὴ δὲ κοιμηθῆναι καὶ μέσας νύκτας γενέσθαι, βροντήν τε καὶ σεισμὸν γενέσθαι, καὶ ἐντεῦθεν ἐξαπίνης ἄλλον ἄλλῃ φέρεσθαι ἄνω εἰς τὴν γένεσιν, ἄττοντας ὥσπερ ἀστέρας. αὐτὸς δὲ τοῦ μὲν ὕδατος κωλυθῆναι πιεῖν· ὅπῃ μέντοι καὶ ὅπως εἰς τὸ σῶμα ἀφίκοιτο, οὐδὲν ***) εἰδέναι, ἀλλ' ἐξαίφνης ἀναβλέψας ἰδεῖν ἕωθεν αὑτὸν ἤδη κείμενον ἐπὶ τῇ πυρᾷ.

Καὶ οὕτος, ὦ Γλαύκων, μῦθος ἐσώθη καὶ οὐκ ἀπώλετο, καὶ ἡμᾶς * ἂν σώσειεν, ἂν πειθώμεθα αὐτῷ, καὶ τὸν C

*) Is. καὶ ἀπράγμονος. **) γρ. ἐπικλωσθέντα.
***) ἄλλ. οὐκ.

excidiſſet, proceſſiſſe electurum; recordatum autem priorum aerumnarum ambitione depoſita quaeſiviſſe oberrantem diu viri vitam privati et otioſi, vixque inveniſſe alicubi ſitam et neglectam a reliquis, atque dixiſſe quum eam vidiſſet, idem ſe facturum fuiſſe etiam ſi prima ipſius ſors excidiſſet, et libenter ſe eam elegiſſe. et ex reliquis quoque animantibus ſimiliter animos in homines migraſſe et in ſe invicem, iniuſta in fera, iuſta autem in manſueta transeuntia, omnique modo inter ſe miſceri. quum vero omnes animi vitas elegiſſent, prout ſors cuiusque excidiſſet, ex ordine acceſſiſſe ad Lacheſin, quae cuique quem elegiſſet genium cuſtodem vitae attribuerit et effectorem eorum quae animus elegiſſet. hunc autem primum duxiſſe eum ad Clothus manum fuſique ſe rotantis converſionem, ratam efficientem quam elegiſſet ſortem; hanc vero ubi attigiſſet rurſus ad Atropon eum duxiſſe nentem ut immutabilia redderet ſtamina fatalia; hinc vero propere ad Neceſſitatis ſolium ſe profectum eſſe; per quod quum pervaſiſſet cum reliquis, perrexiſſe cunctos in Lethes campum in calore aeſtuque vehemente; fuiſſe enim illum arboribus omnibusque quae terra gigneret vacuum. recubuiſſe igitur ipſos quum iam veſper eſſet iuxta Ameleten fluvium, cuius aquam nullum vas contineret. ac modum quidem certum aquae omnibus eſſe bibendum, prudentia autem non ſervatos ſupra modum bibere; quemque vero bibentem omnium oblivi ſci. poſtquam recubuiſſent mediaque nox eſſet, tonitru terraeque motum exſtitiſſe, et illinc ſubito alium alio latum eſſe ſurſum ad procreationem, profilientes inſtar ſtellarum. ſe quidem prohibitum fuiſſe aquam bibere; quomodo autem in corpus venerit ſe neſcire, ſed repente quum ſuſpexiſſet mane ſe ipſum vidiſſe iam impoſitum in rogum.

Atque haec, Glauco, fabula ſervata eſt nec interit, et nos ſervabit, ſi fidem ei habebimus, et Lethes flu-

τῆς Λήθης ποταμὸν εὖ διαβησόμεθα, καὶ τὴν ψυχὴν οὐ μιανθησόμεθα. ἀλλ' ἂν ἐμοὶ πειθώμεθα, νομίζοντες ἀθάνατον τὴν ψυχὴν καὶ δυνατὴν πάντα μὲν κακὰ ἀνέχεσθαι, πάντα δὲ ἀγαθά, τῆς ἄνω ὁδοῦ ἀεὶ ἑξόμεθα καὶ δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως παντὶ τρόπῳ ἐπιτηδεύσομεν, ἵνα καὶ ἡμῖν αὐτοῖς φίλοι ὦμεν καὶ τοῖς θεοῖς, αὐτοῦ τε μένοντες ἐνθάδε, καὶ ἐπειδὰν τὰ ἆθλα * αὐτῆς κομιζώμεθα, ὥς- D περ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι, καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν τῇ χιλιετεῖ πορείᾳ, ἣν διεληλύθαμεν, εὖ πράττωμεν.

vium bene traiiciemus, nec animum contaminabimus ſed ſi mihi ſidem habebimus, credentes immortalem eſſe animum et valere ad omnia mala ſuſtinenda omniaque bona, viam ſurſum ducentem ſemper ſequemur et iuſtitiam cum ſapientia omni modo colemus, ut et nobismet ipſis amici ſimus et diis, dum hic manemus et quum eius praemia reportamus, quemadmodum victores circumducti, utque tam hic quam in mille annorum quod narravimus itinere praeclare nobiscum agatur.

TIMAIOΣ.

Digitized by Google

ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΚΡΙΤΙΑΣ ΤΙΜΑΙΟΣ ΕΡΜΟΚΡΑΤΗΣ.

17 Εἷς, δύο, τρεῖς· ὁ δὲ δὴ τέταρτος ἡμῖν, ὦ φίλε Τίμαιε, ποῦ, τῶν χθὲς μὲν δαιτυμόνων, τὰ νῦν δ' ἑστιατόρων;

TI. Ἀσθένειά τις αὐτῷ ξυνέπεσεν, ὦ Σώκρατες· οὐ γὰρ ἂν ἑκὼν τῆσδε ἀπελείπετο τῆς ξυνουσίας.

ΣΩ. Οὐκοῦν σὸν τῶνδέ τε ἔργον καὶ τὸ ὑπὲρ τοῦ ἀπόντος ἀναπληροῦν μέρος.

B *TI.* Πάνυ μὲν οὖν, καὶ κατὰ δύναμίν γε οὐδὲν * ἐλλείψομεν· οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη δίκαιον χθὲς ὑπὸ σοῦ ξενισθέντας οἷς ἦν πρέπον ξενίοις μὴ οὐ προθύμως σὲ τοὺς λοιποὺς ἡμῶν ἀντεφεστιᾶν *).

*) ἄλλ. ἀνταφεστιᾶν.

SOCRATES CRITIAS TIMAEUS HERMOCRATES.

Unus, duo, tres; quartus autem nobis, o care Timaee, ubinam heſternorum quidem convivarum, hodiernorum vero convivatorum?

Ti. Incommoda ei valitudo incidit, Socrate; voluntate enim non abeſſet ab hac congreſſione.

So. Itaque tuum eſt et horum, etiam abſentis partes ſuſtinere.

Ti. Sane quidem, atque pro viribus nihil praetermittemus; neque enim par eſſet ſi reliqui noſtrûm heri a te hoſpitalibus epulis rite excepti non prompto animo tibi viciſſim epulum daremus.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν μέμνησθε ὅσα ἡμῖν καὶ περὶ ὧν ἐπέταξα εἰπεῖν;

ΤΙ. Τὰ μὲν μεμνήμεθα, ὅσα δὲ μή, σὺ παρὼν ὑπομνήσεις. μᾶλλον δέ, εἰ μή τί σοι χαλεπόν, ἐξ ἀρχῆς διὰ βραχέων πάλιν ἐπάνελθε αὐτά, ἵνα βεβαιωθῇ μᾶλλον παρ' ἡμῖν.

ΣΩ. Ταῦτ' ἔσται. χθές που τῶν * ὑπ' ἐμοῦ ῥηθέν- C
των λόγων περὶ πολιτείας ἦν τὸ κεφάλαιον, οἵα τε καὶ ἐξ οἵων ἀνδρῶν ἀρίστη κατεφαίνετ' ἄν μοι γενέσθαι.

ΤΙ. Καὶ μάλα γε ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, ῥηθεῖσα πᾶσι κατὰ νοῦν.

Haec dixit, et rursus in priorem craterem, in quo universi animum temperans permiscuerat, superioris permixtionis reliquias infudit temperans eas eodem ferme modo, neque tamen iam incorruptas pariter, sed secundas et tertias. universitate autem constituta sideribus parem numerum distribuit animorum et singulos adduxit ad singula et imponens quasi in currum universi naturam commonstravit legesque eis dixit fatales ostendens ortum primum fore statutum unum omnibus, ne quis deteriore esset statu, satis autem et quasi sparsis animis in temporum instrumenta cuique convenientia oriri necesse esse animantium religiosissimum, et quum duplex esset humana natura, praestantius fore eorum genus qui posthac nomen inventuri essent virorum. quum autem corporibus cum necessitate insiti fuerint, altero accedente, altero effluente ex eorum corpore, primum necesse fore ut sensus unus omnibus e vehementioribus motibus naturae coniunctus exsisteret, deinde voluptate et dolore mixtus amor, post metus et ira et reliqui animi motus comites superiorum et his etiam contrarie disidentes, quos qui ratione rexerit, eum iuste esse victurum, qui autem his se dederit, iniuste. atque eum qui recte et honeste curriculum vivendi a natura datum confeciſſet, rursus in astri quocum aptus fuerit domicilium profectum vitam esse beatam acturum, ab hoc autem qui deflexiſſet eum in muliebrem naturam secundo ortu translatum iri et, si ne tum quidem finem vitiorum facturus esset, prout corruptus fuiſſet, ita ad morum similitudinem ingeneratorum in huiusmodi semper ferarum naturam migraturum esse, sese-

λάττων τε οὐ πρότερον πόνων λήξοι, πρὶν τῇ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιόδῳ τῇ ἐν αὑτῷ ξυνεπισπόμενος *) τὸν πολὺν ὄχλον καὶ ὕστερον προσφύντα ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος * καὶ γῆς, θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα, λόγῳ κρατήσας D εἰς τὸ τῆς πρώτης καὶ ἀρίστης ἀφίκοιτο εἶδος ἕξεως. Διαθεσμοθετήσας δὲ πάντα αὐτοῖς ταῦτα, ἵνα τῆς ἔπειτα **) εἴη κακίας ἑκάστων ἀναίτιος, ἔσπειρε τοὺς μὲν εἰς γῆν ***), τοὺς δ' εἰς σελήνην, τοὺς δ' εἰς τἆλλα ὅσα ὄργανα χρόνου. τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς σώματα πλάττειν θνητά, τό τε ἐπίλοιπον ὅσον ἔτ' ἦν †) ψυχῆς * ἀν- E θρωπίνης δέον προσγενέσθαι, τοῦτο καὶ πάνθ' ὅσα ἀκόλουθα ἐκείνοις ἀπεργασαμένους ἄρχειν, καὶ κατὰ δύναμιν ὅτι κάλλιστα καὶ ἄριστα τὸ θνητὸν διακυβερνᾶν ζῷον, ὅ τι μὴ κακῶν αὐτὸ ἑαυτῷ γίγνοιτο αἴτιον.

Καὶ ὁ μὲν δὴ ἅπαντα ταῦτα διατάξας ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει, μένοντος δὲ νοήσαντες οἱ παῖδες τὴν τοῦ πατρὸς τάξιν ἐπείθοντο αὐτῇ. καὶ λαβόντες ἀθάνατον ἀρχὴν θνητοῦ ζῴου, μιμούμενοι τὸν σφέτερον δημιουργόν, πυρὸς καὶ γῆς ὕδατός τε καὶ ἀέρος ἀπὸ τοῦ κόσμου δανειζόμενοι μόρια ὡς ἀποδοθησόμενα * πάλιν, εἰς ταὐτὸ 43 τὰ λαμβανόμενα ††) ξυνεκόλλων, οὐ τοῖς ἀλύτοις οἷς αὐτοὶ ξυνείχοντο δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀοράτοις, πυκνοῖς γόμφοις ξυντήκοντες, ἓν ἐξ ἁπάντων ἀπεργαζόμενοι σῶμα ἕκαστον, τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνέδουν εἰς ἐπίῤῥυτον σῶμα καὶ ἀπόῤῥυτον. αἱ δὲ εἰς ποταμὸν ἐνδεθεῖσαι πολὺν οὔτ' ἐκράτουν οὔτ' ἐκρατοῦντο, βίᾳ δ' ἐφέροντο καὶ ἔφερον, ὥστε * τὸ μὲν ὅλον κινεῖσθαι ζῷον, ἀτάκτως B μὴν ὅπῃ τύχοι προϊέναι καὶ ἀλόγως, τὰς ἐξ ἁπάσας κινήσεις ἔχον· εἵς τε γὰρ τὸ πρόσθεν καὶ ὄπισθεν καὶ πάλιν εἰς δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ κάτω τε καὶ ἄνω καὶ πάντῃ κατὰ τοὺς ἓξ τόπους †††) πλανώμενα προῄει. πολλοῦ γὰρ ὄντος τοῦ κατακλύζοντος καὶ ἀποῤῥέοντος κύματος, ὃ τὴν τροφὴν

*) γρ. ξυνεπισπώμενος. **) γρ. τοῖς ἔπειτα.
***) γρ. ἥλιον. †) γρ. ἐστὶ. ††) γρ. λαμβανόμενα.
†††) ἴσ. τρόπους.

que convertentem non prius malorum terminum esse adspecturum, quam eiusdem et similis circuitum in se ipse sequutus copiam ingentem seriusque adnatam ex igne, aqua, aëre atque terra, turbulentam et rationis expertem, ratione superasset et ad primi optimique habitus speciem perveniisset. Quae quidem omnia quum eis designasset, ne posterae cuiusque pravitatis culpam sustineret, alios sparsit in terram, alios in lunam, alios in reliqua quotquot sunt temporis instrumenta. post sationem autem recentioribus mandavit diis ut corpora effingerent mortalia, quantumque esset reliquum ex animo humano quod deberet accedere id omniaque his consequentia conficerent atque regerent, et quam possent pulcherrime et optime mortale gubernarent animal, nisi quatenus sua ipsum culpa mala sibi quaereret.

Atque is quidem qui cuncta haec composuit in solito suo manebat statu, hoc autem manente ab eo procreati, quum parentis ordinem cognovissent, hunc sequebantur. itaque quum accepissent immortale principium mortalis animantis, imitantes effectorem sui, particulas ignis et terrae et aquae et aëris a mundo quas rursus redderent mutuabantur easque inter se conglutinabant, haud indissolubilibus quibus ipsi erant colligati vinculis, sed talibus quae cerni non possent propter parvitatem, crebris cuneolis ita conflantes ut unum ex omnibus quodque corpus efficerent, immortalis animi ambitus in corpus illigabant rebus influentibus et effluentibus agitatum. illi vero in flumen immersi magnum neque superabant neque superabantur, sed vi magna tum ferebantur tum ferebant: ita totum animal movebatur illud quidem, sed immoderate quocumque fors ferebat et sine ratione, omnes sex motus habens; nam et ante et pone, ad dextram et ad laevam, et sursum et deorsum omnesque in partes sex illis modis vagantia procedebant. quamvis enim largus esset fluctus inundans et effluens, qui alimentum

παρεῖχεν, ἔτι μείζω θόρυβον ἀπειργάζετο τὰ τῶν προσπιπτόντων παθήματα ἑκάστοις, * ὅτε πυρὶ προσκρούσειε τὸ C
σῶμά τινος ἔξωθεν ἀλλοτρίῳ περιτυχὸν ἢ καὶ στερεῷ γῆς ὑγροῖς τε ὀλισθήμασιν ὑδάτων, εἴτε ζάλῃ πνευμάτων ὑπ' ἀέρος φερομένων καταληφθείη, καὶ ὑπὸ πάντων τούτων διὰ τοῦ σώματος αἱ κινήσεις ἐπὶ τὴν ψυχὴν φερόμεναι προσπίπτοιεν· αἳ δὴ καὶ ἔπειτα διὰ ταῦτα ἐκλήθησάν τε καὶ νῦν ἔτι αἰσθήσεις ξυνάπασαι κέκληνται. καὶ δὴ καὶ τότε ἐν τῷ παρόντι πλείστην καὶ μεγίστην παρεχόμεναι κίνησιν, μετὰ τοῦ ῥέοντος ἐνδελεχῶς * ὀχετοῦ κινοῦσαι καὶ σφοδρῶς σείου- D
σαι τὰς τῆς ψυχῆς περιόδους, τὴν μὲν ταὐτοῦ παντάπασιν ἐπέδησαν ἐναντία αὐτῇ ῥέουσαι, καὶ ἐπέσχον ἄρχουσαν καὶ ἰοῦσαν, τὴν δ' αὖ θατέρου διέσεισαν, ὥστε τὰς τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου τρεῖς ἑκατέρας ἀποστάσεις καὶ τὰς τῶν ἡμιολίων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων μεσότητας καὶ ξυνδέσεις, ἐπειδὴ παντελῶς λυταὶ οὐκ ἦσαν πλὴν *) ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντος, πάσας μὲν στρέψαι στροφάς, πάσας δὲ κλάσεις καὶ * διαφορὰς τῶν κύκλων ἐμποιεῖν, ὁσαχῇπερ ἦν E
δυνατόν, ὥστε μετ' ἀλλήλων μόγις ξυνεχομένας φέρεσθαι μέν, ἀλόγως δὲ φέρεσθαι, τοτὲ μὲν ἐναντίας, τοτὲ δὲ πλαγίας, τοτὲ δ' ὑπτίας, οἷον ὅταν τις ὕπτιος ἐρείσας τὴν κεφαλὴν μὲν ἐπὶ γῆς, τοὺς δὲ πόδας ἄνω προσβαλὼν ἔχῃ πρός τινι, τότε ἐν τούτῳ τῷ πάθει τοῦ τε πάσχοντος καὶ τῶν ὁρώντων τά τε δεξιὰ ἀριστερὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ δεξιὰ ἑκατέροις τὰ ἑκατέρων φαντάζεται. ταὐτὸν δὴ τοῦτο καὶ τοιαῦτα ἕτερα αἱ περιφοραὶ πάσχουσαι σφοδρῶς, * ὅταν γέ τῳ τῶν 44
ἔξωθεν τοῦ ταὐτοῦ γένους ἢ τοῦ θατέρου περιτύχωσι, τότε ταὐτόν τῳ καὶ θάτερόν του τἀναντία τῶν ἀληθῶν προσαγορεύουσαι ψευδεῖς καὶ ἀνόητοι γεγόνασιν, οὐδεμία τε ἐν αὐταῖς τότε περίοδος ἄρχουσα οὐδ' ἡγεμών ἐστιν· ἂν δ' αὖ ἔξωθεν αἰσθήσεις τινὲς φερόμεναι καὶ προσπεσοῦσαι ξυνεπισπάσωνται καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἅπαν κύτος, τόθ' αὗται κρατούμεναι κρατεῖν δοκοῦσι. καὶ διὰ πάντα ταῦτα **) τὰ πά-

---

*) γρ. αὗται οὐκ ἦσαν καὶ πρίν.
**) ἄλλ. καὶ διὰ δὴ ταῦτα πάντα.

praebebat, etiam maiores tamen turbas efficiebant motus rebus in quemque incidentibus allati, quotiescumque alicuius corpus in ignem incurreret alienum extrinsecus ad eum offendens vel etiam ad terram rigidam lubricosque aquarum lapsus, vel si ventorum ab aëre commotorum tempestas id deprehenderet, et ab his omnibus motiones per corpus ad animum delatae ingruerent, qui quidem etiam tunc iccirco nominati sunt et nunc adhuc nominantur sensus in universum. atque etiam tunc plurimum in praesens et maximum motum excitantia, cum rivo continenter fluente moventia et vehementer concutientia animi circuitus, eiusdem quidem circuitum prorsus impediverunt contra eum fluentia, et cohibuerunt regentem ac progredientem, alterius autem circuitum ita concusserunt, ut dupli et tripli tria utriusque intervalla et sesquialterorum, sesquitertiorum sesquioctavorumque media et colligationes, quae dissolvi prorsus non poterant nisi ab eo qui eas coniunxerat, omnibus flexibus flecterentur omnesque fractiones et discrepantias orbium inducerent quotiescumque fieri posset, ita ut inter se vix colligata ferrentur quidem, sed sine ratione ferrentur, modo contraria, modo obliqua, modo supina, velut si quis resupinus caput in terram imponat, pedes autem sursum alicui rei admoveat, tum in hoc statu tam eius qui sic se habet quam eorum qui illum vident dextrae partes sinistrae et sinistrae dextrae utrisque utrorumque videntur. eodem igitur modo aliisque similibus circuitus vehementer affecti, quum in rem aliquam externam eiusdem aut alterius generis incidunt, tum id quod idem cum aliquo et quod alterum ac diversum est contra ac vere se habent appellantes falsi et insipientes exsistunt, nec ullus in ipsis tum circuitus est regens ac ducens; rursus vero quum sensus quidam extrinsecus illati et incidentes totum quoque animi complexum secum trahunt, tum hi superati videntur superare. atque propter omnes has affectiones nunc primo quidem

θη *) νῦν κατ' ἀρχὰς ἄνους ψυχὴ γίγνεται τὸ πρῶτον,
* ὅταν εἰς σῶμα ἐνδεθῇ θνητόν**)· ὅταν δὲ τὸ τῆς αὔξης B
καὶ τροφῆς ἔλαττον ἐπίῃ ῥεῦμα, πάλιν δὲ αἱ περίοδοι λαμ-
βανόμεναι γαλήνης τὴν ἑαυτῶν ὁδὸν ἴωσι καὶ καθιστῶνται
μᾶλλον ἐπιόντος τοῦ χρόνου, τότε ἤδη πρὸς τὸ κατὰ φύσιν
ἰόντων σχῆμα ἑκάστων τῶν κύκλων αἱ περιφοραὶ κατευθυ-
νόμεναι, τό τε θάτερον καὶ τὸ ταὐτὸν προσαγορεύουσαι κατ'
ὀρθόν, ἔμφρονα τὸν ἔχοντα αὐτὰς γιγνόμενον ἀποτελοῦσιν.
ἂν μὲν οὖν δὴ καὶ ξυνεπιλαμβάνηταί τις ὀρθὴ τροφὴ * παι- C
δεύσεως, ὁλόκληρος ὑγιής τε παντελῶς, τὴν μεγίστην ἀπο-
φυγὼν νόσον, γίγνεται, καταμελήσας δέ, χωλὴν τοῦ βίου
διαπορευθεὶς ζωήν, ἀτελὴς καὶ ἀνόητος ***) εἰς Ἅιδου πάλιν
ἔρχεται. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερά ποτε γίγνεται· περὶ δὲ τῶν
νῦν προτεθέντων δεῖ διελθεῖν ἀκριβέστερον· τὰ δὲ πρὸ τού-
των, περὶ σωμάτων κατὰ μέρη τῆς γενέσεως καὶ περὶ ψυ-
χῆς, δι' ἃς τε αἰτίας καὶ προνοίας γέγονε θεῶν, τοῦ μά-
λιστα εἰκότος ἀντεχομένοις, οὕτω καὶ κατὰ ταῦτα * πορευο- D
μένοις διεξιτέον.

Τὰς μὲν οὖν †) θείας περιόδους δύο οὔσας, τὸ τοῦ
παντὸς σχῆμα ἀπομιμησάμενοι περιφερὲς ὄν, εἰς σφαιροειδὲς
σῶμα ἐνέδησαν, τοῦτο ὃ δὴ νῦν κεφαλὴν ἐπονομάζομεν, ᾧ
θειότατόν τ' ἐστὶ καὶ τῶν ἐν ἡμῖν πάντων δεσποτοῦν. ᾧ
καὶ πᾶν τὸ σῶμα παρέδοσαν ὑπηρεσίαν αὐτῷ ξυναθροίσαν-
τες θεοί, κατανοήσαντες ὅτι πασῶν ὅσαι κινήσεις ἔσοιντο
μετέχοι· ἵν' οὖν μὴ κυλινδούμενον ἐπὶ γῆς ὕψη τε καὶ βά-
θη παντοδαπὰ ἔχούσης ἀποροῖ τὰ * μὲν ὑπερβαίνειν, ἔνθεν E
δὲ ἐκβαίνειν, ὄχημ' αὐτῷ τοῦτο καὶ εὐπορίαν ἔδοσαν. ὅθεν
δὴ μῆκος τὸ σῶμα ἔσχεν, ἑκτατά τε κῶλα καὶ καμπτὰ ††)
ἔφυσε τέτταρα, θεοῦ μηχανησαμένου πορεῖα †††), οἷς (*) ἀν-
τιλαμβανόμενον καὶ ἀπερειδόμενον διὰ πάντων τόπων πο-
ρεύεσθαι δυνατὸν γέγονε, τὴν τοῦ θειοτάτου * καὶ ἱερω- 45
τάτου φέρον οἴκησιν ἐπάνωθεν ἡμῶν. σκέλη μὲν οὖν χεῖρές
τε ταύτῃ καὶ διὰ ταῦτα πᾶσι προσέφυ· τοῦ δ' ὄπισθεν τὸ

---

*) ἄλλ. παθήματα. **) γρ. ὅταν σώματι — θνητῷ. ***) ἴσ. ἀνόητος. †) ἄλλ. μὲν δή.
††) γρ. καμπά. †††) γρ. πορείαν. (*) ἴσ. ὧν.

initio insipiens est animus, quum in corpus illigatur mortale; quando vero incrementi et alimenti minor accedit fluxio rursusque circuitus tranquillitatem nacti sua via eunt et restituuntur magis procedente tempore, tum iam ad naturalem pervenientibus habitum orbibus quibusque circuitus directi, alterum et idem recte appellantes, mentis compotem eum qui ipsos habet efficiunt. iam si opem etiam tulerit recte instituta educatio, integer sanusque prorsus, maximo evitato morbo, exsistit, hanc vero si neglexerit, manca traducta vita, imperfectus ad inferos rursus discesserit. atque illa quidem posterius aliquando fient; de his autem quae nunc proposita sunt exponi oportet accuratius; et ante de corporis partium ortu et de animo, quibus de causis et quanam deorum providentia facta sint, ita et in eam partem disserendum, ut veri simillimum sequamur.

Ac divinos quidem circuitus qui duo sunt, universi figuram imitantes globosam, in corpus orbiculatum illigarunt, id quod nunc caput nominamus, quod quidem diviniſſimum est omniumque quae in nobis sunt dominator. huic etiam totum corpus tradiderunt adminiculum ei coacervantes dii, intelligentes omnium quotquot futuri essent motuum illud fore compos; ne igitur quum super terram volveretur eminentia et profunda habentem varia laboraret quomodo illa transgrederetur, hinc vero egrederetur, vehiculum ei hoc atque copiam dederunt. quocirca proceritatem corpus nactum est et extensa membra atque flexibilia generavit quattuor, deo machinante vehicula, quae apprehendens quibusque innitens per omnia loca proficisci posset, diviniſſimae et sanctiſſimae nostri partis domicilium supra ferens. crura igitur et manus ita et hanc ob causam omnibus adnata sunt; posteriore vero parte anteriorem

πρόσθεν τιμιώτερον καὶ ἀρχικώτερον νομίζοντες θεοὶ ταύτῃ τὸ πολὺ τῆς πορείας ἡμῖν ἔδοσαν. ἔδει δὴ *) διωρισμένον ἔχειν καὶ ἀνόμοιον τοῦ σώματος τὸ πρόσθεν ἄνθρωπον. διὸ πρῶτον μὲν περὶ τὸ τῆς κεφαλῆς κύτος, ὑποθέντες αὐτόσε τὸ πρόσωπον, ὄργανα ἐνέδησαν τούτῳ πάσῃ τῇ τῆς ψυχῆς προνοίᾳ, * καὶ διετάξαντο μέτοχον ἡγεμονίας τοῦτ' εἶναι τὸ B κατὰ φύσιν πρόσθεν. τῶν δὲ ὀργάνων πρῶτον μὲν φωσφόρα ξυνετεκτήναντο ὄμματα, τοιᾷδε ἐνδήσαντες αἰτίᾳ. τοῦ πυρὸς ὅσον τὸ μὲν κάειν οὐκ ἔσχε, τὸ δὲ παρέχειν φῶς ἥμερον, οἰκεῖον ἑκάστης ἡμέρας, σῶμα ἐμηχανήσαντο γίγνεσθαι. τὸ γὰρ ἐντὸς ἡμῶν ἀδελφὸν ὂν τούτου πῦρ εἰλικρινὲς ἐποίησαν διὰ τῶν ὀμμάτων ῥεῖν λεῖον καὶ πυκνὸν ὅλον μέν, μάλιστα δὲ τὸ μέσον ξυμπιλήσαντες * τῶν ὀμμάτων, ὥστε τὸ μὲν C ἄλλο ὅσον παχύτερον στέγειν πᾶν, τὸ τοιοῦτον δὲ μόνον αὐτὸ καθαρὸν διηθεῖν. ὅταν οὖν μεθημερινὸν **) ᾖ φῶς περὶ τὸ τῆς ὄψεως ῥεῦμα, τότε ἐκπῖπτον ὅμοιον πρὸς ὅμοιον, ξυμπαγὲς γενόμενον, ἓν σῶμα οἰκειωθὲν ξυνέστη κατὰ τὴν τῶν ὀμμάτων εὐθυωρίαν, ὅπηπερ ἂν ἀντερείδῃ τὸ προσπῖπτον ἔνδοθεν πρὸς ὃ τὸ ἔξω ***) ξυνέπεσεν. ὁμοιοπαθὲς δὴ δι' ὁμοιότητα πᾶν γενόμενον, ὅτου τε ἂν αὐτό ποτε ἐφάπτηται καὶ ὃ ἂν * ἄλλο ἐκείνου, τούτων τὰς κινήσεις δια- D διδὸν εἰς ἅπαν τὸ σῶμα μέχρι τῆς ψυχῆς αἴσθησιν παρέσχετο ταύτην, ἣ δὴ ὁρᾶν φαμέν. ἀπελθόντος δὲ εἰς νύκτα τοῦ ξυγγενοῦς πυρὸς ἀποτέτμηται· πρὸς γὰρ ἀνόμοιον ἐξιὸν ἀλλοιοῦταί τε αὐτὸ καὶ κατασβέννυται, ξυμφυὲς οὐκέτι τῷ πλησίον ἀέρι γιγνόμενον, ἅτε πῦρ οὐκ ἔχοντι. παύεταί τε οὖν ὁρῶν, ἔτι τε ἐπαγωγὸν γίγνεται ὕπνου· σωτηρίαν γὰρ ἣν οἱ θεοὶ τῆς ὄψεως ἐμηχανήσαντο, τὴν τῶν βλεφάρων * φύσιν, ὅταν ταῦτα ξυμμύσῃ, καθείργνυσι τὴν τοῦ πυρὸς E ἐντὸς †) δύναμιν· ἡ δὲ διαχεῖ ††) τε καὶ ὁμαλύνει τὰς ἐντὸς κινήσεις, ὁμαλυνθεισῶν δὲ ἡσυχία γίγνεται, γενομένης δὲ πολλῆς μὲν ἡσυχίας βραχυόνειρος ὕπνος ἐμπίπτει, καταλειφθεισῶν δέ τινων κινήσεων μειζόνων, οἷαι καὶ ἐν οἵοις ἂν

---

*) ἴσ. δὲ. **) γρ. μεσημερινὸν. ***) ἄλλ. πρὸς ὃ τῶν ἔξω. ἴσ. πρὸς τὸ ἔξω ὃ. †) γρ. ἔνδον. ἴσ. τοῦ ἐντὸς. ††) γρ. διαχεῖται.

dii praeſtantiorem magisque ad imperandum idoneam exiſtimantes ita maxime ingreſſum nobis dederunt. oportebat autem diſtinctam habere atque diſsimilem anteriorem corporis partem hominem. quocirca primum in capitis complexum, cui faciem ſubiecerunt, inſtrumenta illigarunt quae univerſae animi providentiae ſervirent, et conſtituerunt ut particeps eſſet principatus haec pars, natura anterior. ex inſtrumentis autem primum luciferos fabricati ſunt oculos, hanc ob cauſam illigantes. ignis eius qui non ureret, ſed mitem praeberet lucem, cuiusque diei propriam, corpus ut exſiſteret effecerunt. noſtrum enim interiorem ignem ſincerum, huic cognatum, per oculos fluentem fecerunt lenem et denſum, maxime media oculi parte compacta, ut reliquum quidem craſſiorem contineret omnem, hunc autem ſolum purum transfunderet. quum igitur diurna lux viſus fluxionem circumdat, tum ſimile ad ſimile emanans compactione unum corpus coniunctum conflatur ſecundum oculorum directionem, ubicumque concurrunt inter ſe id quod intus incidit et externum quod affluit. ſimiliter igitur propter ſimilitudinem quia totum afficitur, eorum quae ipſum umquam attingit vel quae illud attingunt motus transfundens in univerſum corpus usque ad animum ſenſum exhibet eum quo cernere nos dicimus. ubi vero ignis cognatus diſceſſit in noctem, intercluditur; nam ad diſsimile egrediens mutatur ipſum atque exſtinguitur, quum nulla iam cognatione aërem propinquum attingat quippe ignis expertem. deſinit igitur cernere ſomnumque praeterea allicit; ſalutem enim quam dii oculorum machinati ſunt, palpebrarum naturam, quum hae ſe contrahunt, vim includunt ignis interioris; haec autem diffundit ſedatque interiores motus, quibus quidem ſedatis tranquillitas exſiſtit, et hac multa orta ſomnus incidit non multum agitatus inſomniis, relictis vero quibusdam motibus maioribus, quales quali-

τόποις λείπωνται, * τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα παρέσχοντο ἀφο- 46
μοιωθέντα ἐντὸς ἔξω τε ἐγερθεῖσιν ἀπομνημονευόμενα φαν-
τάσματα. τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιίαν, καὶ
πάντα ὅσα ἐμφανῆ καὶ λεῖα, κατιδεῖν οὐδὲν ἔτι χαλεπόν· ἐκ
γὰρ τῆς ἐντὸς ἐκτός τε τοῦ πυρὸς ἑκατέρου κοινωνίας ἀλλήλοις,
ἑνός τε αὖ περὶ τὴν λειότητα ἑκάστοτε γενομένου καὶ πολ-
λαχῇ μεταῤῥυθμισθέντος †), πάντα τὰ τοιαῦτα * ἐξ ἀνάγ- B
κης ἐμφαίνεται, τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον πυρὸς τῷ περὶ τὴν
ὄψιν πυρὶ περὶ τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν ξυμπαγοῦς γιγνομέ-
νου ††). δεξιὰ δὲ φαντάζεται τὰ ἀριστερά, ὅτι τοῖς ἐναν-
τίοις μέρεσι τῆς ὄψεως περὶ τἀναντία μέρη γίγνεται ἐπαφὴ
παρὰ τὸ καθεστὸς ἔθος τῆς προσβολῆς· δεξιὰ δὲ τὰ δεξιὰ
καὶ τὰ ἀριστερὰ ἀριστερὰ τοὐναντίον, ὅταν μεταπέσῃ ξυμ-
πηγνύμενον ᾧ ξυμπήγνυται * φῶς· τοῦτο δέ, ὅταν ἡ τῶν C
κατόπτρων λειότης, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὕψη λαβοῦσα, τὸ δεξιὸν
εἰς τὸ ἀριστερὸν μέρος ἀπώσῃ τῆς ὄψεως καὶ θάτερον ἐπὶ
θάτερον. κατὰ δὲ τὸ μῆκος στραφὲν τοῦ προσώπου ταὐτὸν
τοῦτο ὕπτιον ἐποίησε πᾶν φαίνεσθαι, τὸ κάτω πρὸς τὸ ἄνω
τῆς αὐγῆς τό τ' ἄνω πρὸς τὸ κάτω πάλιν ἀπῶσαν. ταῦτ'
οὖν πάντ' ἔστι τῶν ξυναιτίων, οἷς θεὸς ὑπηρετοῦσι χρῆται
τὴν τοῦ ἀρίστου κατὰ τὸ δυνατὸν ἰδέαν ἀποτελῶν· * δοξά- D
ζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων οὐ ξυναίτια, ἀλλ' αἴτια εἶναι
τῶν πάντων, ψύχοντα καὶ θερμαίνοντα, πηγνύντα τε καὶ
διαχέοντα καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀπεργαζόμενα. λόγον δὲ οὐδένα
οὐδὲ νοῦν εἰς οὐδὲν δυνατὰ ἔχειν ἐστί· τῶν γὰρ ὄντων ᾧ
νοῦν μόνῳ κτᾶσθαι προσήκει, λεκτέον ψυχήν· τοῦτο δὲ ἀό-
ρατον, πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ καὶ γῆ σώματα πάντα
ὁρατὰ γέγονε. τὸν δὲ νοῦ καὶ ἐπιστήμης ἐραστὴν ἀνάγκη τὰς
τῆς ἔμφρονος φύσεως αἰτίας πρώτας μεταδιώκειν, ὅσαι δὲ ὑπ'
ἄλλων * μὲν κινουμένων, ἕτερα δ' ἐξ ἀνάγκης κινούντων E
γίγνονται, δευτέρας. ποιητέον δὴ κατὰ ταῦτα καὶ ἡμῖν· λε-
κτέα †††) μὲν ἀμφότερα τὰ τῶν αἰτιῶν γένη, χωρὶς δ' ὅσαι

†) γρ. μεταῤῥυθμηθέντος.
††) γρ. ξυμπαγεῖ γιγνομένῳ.
†††) γρ. δευτέρας ποιητέον. καὶ δὴ κατὰ ταῦτα καὶ ἡμῖν λεκτέα.

busque in locis relinquuntur, talia totque edunt ad ſimilitudinem efficta intus extraque experrectis in memoriam revocata viſa. quod vero ad imagines attinet quae in ſpeculis finguntur omniaque quae lucida et levia ſunt, haec perſpicere nihil iam habet difficultatis; nam ex interiore et exteriore ignis utriusque inter ſe communitate, uno praeterea circum levitatem ſemper exſiſtente omnibusque partibus accommodato, omnia haec cum neceſſitate ſeſe exhibent, dum ignis qui circum faciem eſt cum oculorum igne circum leve et lucidum ſe confundit. dextra autem videntur quae laeva ſunt, quia contrariis partibus oculorum circum contrarias partes fit tactio praeter ſolitum admotionis morem; dextra contra videntur quae dextra ſunt et quae laeva ſunt laeva, quum convertitur lumen coaleſcens cum eo cum quo coaleſcit; id fit, quum ſpeculorum levitas, hinc illincque altitudinem nacta, dextrum detrudit in laevam partem oculorum et alterum in alteram. ſecundum longitudinem vero faciei converſum idem hoc ut reſupinum totum videatur efficit, inferius in ſuperiorem oculorum partem et ſuperius in inferiorem rurſus detrudens. atque haec omnia ex eo genere ſunt quae rerum adiuvant cauſas, quibus deus miniſtris utitur optimi ſpeciem quoad fieri poteſt effecturus; ſed exiſtimant plerique non haec adiuvantia eſſe cauſas, ſed cauſas ipſas omnium rerum, quae vim habeant frigoris et caloris, concretionis et liquoris et reliqua eiusdem generis efficiant. neque vero rationem neque ulla in re intelligentiam habere poſſunt; in quod enim ſolum ex omnibus quae ſunt cadit ut rationem habeat, id animum dici oportet; hic autem ſenſum effugit oculorum, at ignis et aqua et aër et terra corpora ſunt omnia ſub adſpectum cadentia. illum autem qui intelligentiae ſapientiaeque ſe amatorem profitetur, neceſſe eſt intelligentis ſapientisque naturae cauſas primas conquirere, deinde earum rerum quae ab aliis moventur et alia neceſſario movent cauſas ſecundas. quocirco nobis quoque ita faciendum, ut dicamus quidem de utroque cauſarum genere, ſepa-

μετὰ νοῦ καλῶν καὶ ἀγαθῶν δημιουργοὶ καὶ ὅσαι μονωθεῖσαι φρονήσεως τὸ τυχὸν ἄτακτον ἑκάστοτε ἐξεργάζονται. τὰ μὲν οὖν τῶν ὀμμάτων ξυμμεταίτια πρὸς τὸ σχεῖν τὴν δύναμιν ἣν νῦν εἴληχεν, εἰρήσθω· τὸ δὲ μέγιστον αὐτῶν εἰς ὠφέλειαν ἔργον, δι' ὃ θεὸς αὖθ' ἡμῖν δεδώρηται, * μετὰ τοῦτο 47
ῥητέον. ὄψις δὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν, ὅτι τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντὸς λεγομένων οὐδεὶς ἄν ποτε ἐῤῥήθη μήτε ἄστρα μήτε ἥλιον μήτ' οὐρανὸν ἰδόντων. νῦν δ' ἡμέρα τε καὶ νὺξ ὀφθεῖσαι μῆνές τε καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμόν, χρόνου δὲ ἔννοιαν, περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσαν· ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν * οὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει B
δωρηθὲν ἐκ θεῶν. λέγω δὴ τοῦτο ὀμμάτων μέγιστον ἀγαθόν· τἆλλα δέ, ὅσα ἐλάττω, τί ἂν ὑμνοῖμεν; ὧν ὁ μὴ φιλόσοφος τυφλωθεὶς ὀδυρόμενος ἂν θρηνοῖ μάτην. ἀλλὰ τοῦτο λεγέσθω παρ' ἡμῶν, αὐτὰ ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ*) θεὸν ἡμῖν ἀνευρεῖν δωρήσασθαί τε ὄψιν, ἵνα τὰς ἐν οὐρανῷ κατιδόντες τοῦ νοῦ περιόδους χρησαίμεθα ἐπὶ τὰς περιφορὰς τὰς τῆς * παρ' C
ἡμῖν διανοήσεως, ξυγγενεῖς ἐκείναις οὔσας, ἀταράκτοις τεταραγμένας, ἐκμαθόντες δὲ καὶ λογισμῶν κατὰ φύσιν ὀρθότητος μετασχόντες, μιμούμενοι τὰς τοῦ θεοῦ πάντως ἀπλανεῖς οὔσας, τὰς ἐν ἡμῖν πεπλανημένας καταστησαίμεθα. Φωνῆς τε δὴ καὶ ἀκοῆς πέρι πάλιν ὁ αὐτὸς λόγος, ἐπὶ ταὐτὰ **) τῶν αὐτῶν ἕνεκα παρὰ θεῶν δεδωρῆσθαι. λόγος τε γὰρ ἐπ' αὐτὰ ταῦτα τέτακται, μεγίστην ξυμβαλλόμενος εἰς αὐτὰ μοῖραν, ὅσον τ' αὖ * μουσικῆς φωνῆς χρήσιμον, πρὸς D
ἀκοὴν ἕνεκα ἁρμονίας ἐστὶ δοθέν· ἡ δὲ ἁρμονία, ξυγγενεῖς ἔχουσα φορὰς ταῖς ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιόδοις, τῷ μετὰ νοῦ προσχρωμένῳ Μούσαις οὐκ ἐφ' ἡδονὴν ἄλογον, καθάπερ νῦν, εἶναι δοκεῖ χρήσιμος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν γεγονυῖαν ἐν ἡμῖν ἀνάρμοστον ψυχῆς περίοδον εἰς κατακόσμησιν καὶ ξυμ-

---

*) ἄλλ. αὕτη ἐπὶ ταῦτα αἰτία.

**) γρ. ταῦτα.

ratim vero de iis quae cum intelligentia pulchrorum ac bonorum ſunt effectrices et quae vacantes prudentia quodvis perturbatum efficiunt. ac de oculorum quidem cauſis adiuvantibus, ut haberent eam vim quam nunc habent dictum eſto; maxima autem eorum utilitas, ob quam deus eos nobis donavit, deinceps explicetur. oculi videlicet ex mea oratione maximae nobis utilitatis cauſae exſtiterunt, ſiquidem haec quae eſt habita de univerſitate oratio a nobis haud umquam eſſet inventa, ſi neque ſidera neque ſolem neque caelum vidiſſemus. nunc vero dies noctesque oculis cognitae et menſes annorumque converſiones numerum machinatae ſunt temporisque notionem, et univerſitatis naturae inveſtigationem praebuerunt; quibus ex rebus philoſophiam adepti ſumus, quo bono nullum praeſtantius neque datum eſt mortalium generi neque dabitur deorum munere. dico igitur hoc maximum oculorum bonum; reliqua vero quae minora quid celebremus? quibus qui a philoſophia alienus eſt ſi orbatum ſe eſſe queratur fruſtra lamentetur. ſed hoc dictum eſto a nobis, eos hanc ob cauſam deum nobis inveniſſe viſumque donaſſe, ut intelligentiae incaelo converſiones cognoſceremus eisque uteremur ad mentis noſtrae circuitus, cognatos illis conſtantibus, ſed perturbatos, his vero perſpectis rectisque ſecundum naturam acceptis rationibus, imitantes dei converſiones prorſus errore vacuas noſtras errantes in ordinem adducamus. De voce autem et auditu eadem redit oratio, eundem in uſum easdemque ob cauſas a diis eſſe datos. oratio enim ad eadem haec conſtituta eſt, plurimum ad ea conferens, omnisque quae utilitatem habet vox muſica, ad auditum harmoniae cauſa eſt data; harmonia autem, cognatos habens motus noſtris animi converſionibus, ei qui cum intelligentia Muſis utitur non ad voluptatem a ratione averſam, quemadmodum nunc, videtur utilis eſſe, ſed ad circuitum animi in nobis qui inconcinnus exſtitit componendum ſecumque conſentientem reddendum

φωνίαν ἑαυτῇ ξύμμαχος ὑπὸ Μουσῶν δέδοται· καὶ ῥυθμὸς αὖ διὰ τὴν ἄμετρον ἐν ἡμῖν καὶ χαρίτων ἐπιδεᾶ * γιγνομέ- E
νην ἐν τοῖς πλείστοις ἕξιν ἐπίκουρος ἐπὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐδόθη.

Τὰ μὲν οὖν παρελήλυθότα τῶν εἰρημένων, πλὴν βραχέων, ἐπιδέδεικται τὰ διὰ νοῦ δεδημιουργημένα· δεῖ δὲ καὶ τὰ δι' ἀνάγκης γιγνόμενα τῷ λόγῳ παραθέσθαι. μεμιγμένη γὰρ οὖν ἡ * τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις ἐξ ἀνάγκης τε καὶ 48
νοῦ ξυστάσεως ἐγεννήθη· νοῦ δὲ ἀνάγκης ἄρχοντος τῷ πείθειν αὐτὴν τῶν γιγνομένων τὰ πλεῖστα ἐπὶ τὸ βέλτιστον ἄγειν, ταύτῃ κατὰ ταῦτά τε *) δι' ἀνάγκης ἡττωμένης ὑπὸ πειθοῦς ἔμφρονος οὕτω κατ' ἀρχὰς ξυνίστατο τόδε τὸ πᾶν. εἴ τις οὖν ᾗ γέγονε, κατὰ ταῦτα **) ὄντως ἐρεῖ, μικτέον καὶ τὸ τῆς πλανωμένης εἶδος αἰτίας, ᾗ***) φέρειν πέφυκεν. ὧδε οὖν πάλιν ἀναχωρητέον, καὶ λαβοῦσιν αὐτῶν τούτων * προς- B
ήκουσαν ἀρχὴν ἑτέραν αὖθις αὖ, καθάπερ περὶ τῶν τότε, νῦν οὕτω περὶ τούτων πάλιν ἀρκτέον ἀπ' ἀρχῆς. τὴν δὲ †) πρὸ τῆς οὐρανοῦ γενέσεως πυρὸς ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς φύσιν θεατέον αὐτὴν καὶ τὰ πρὸ τούτου πάθη. νῦν γὰρ οὐδείς πω γένεσιν αὐτῶν μεμήνυκεν, ἀλλ' ὡς εἰδόσι πῦρ ὅ τί ποτε ἔστι καὶ ἕκαστον αὐτῶν λέγομεν ἀρχὰς αὐτὰ τιθέμενοι στοιχεῖα τοῦ παντός, προσῆκον αὐτοῖς οὐδ' ὡς ἐν ξυλλαβῆς εἴδεσι μόνον εἰκότως * ὑπὸ τοῦ καὶ βραχὺ φρο- C
νοῦντος ἀπεικασθῆναι. νῦν δὲ οὖν τό γε παρ' ἡμῶν ὧδε ἐχέτω· τὴν μὲν περὶ ἁπάντων εἴτε ἀρχὴν εἴτε ἀρχὰς εἴτε ὅπῃ δοκεῖ τούτων πέρι, τὸ νῦν οὐ ῥητέον, δι' ἄλλο μὲν οὐδέν, διὰ δὲ τὸ χαλεπὸν εἶναι κατὰ τὸν παρόντα τρόπον τῆς διεξόδου δηλῶσαι τὰ δοκοῦντα. μήτ' οὖν ὑμεῖς οἴεσθε δεῖν ἐμὲ λέγειν, οὔτ' αὐτὸς αὖ πείθειν ἐμαυτὸν εἴην ἂν δυνατὸς ὡς ὀρθῶς ἐγχειροῖμ' ἂν τοσοῦτον ἐπιβαλλόμενος ἔργον. τὸ * δὲ κατ' ἀρ- D
χὰς ῥηθὲν διαφυλάττων, τὴν τῶν εἰκότων λόγων δύναμιν, πειράσομαι μηδενὸς ἧττον εἰκότα, μᾶλλον δὲ καὶ ἔμπροσθεν ἀπ' ἀρχῆς περὶ ἑκάστων καὶ ξυμπάντων λέγειν. θεὸν δὲ καὶ νῦν ἐπ' ἀρχῇ τῶν λεγομένων σωτῆρα ἐξ ἀτόπου καὶ ἀήθους

*) γρ. ταὐτὰ δι'. **) γρ. ταὐτὰ.
***) γρ. οἷ. †) ἄλλ. δὴ.

auxiliaris a Muſis data eſt; et numerus quoque propter immoderatum in nobis venuſtateque carentem in pleriſque habitum adiutor ab eisdem datus eſt.

Iam praegreſſa noſtra oratio, paucis exceptis, commonſtravit ea quae mente effecta ſunt; oportet autem etiam ea quae neceſſitate facta ſunt oratione apponi. mixta videlicet huius mundi origo ex neceſſitatis et rationis coniunctione conflata eſt; ratio autem quum neceſſitatem regeret eique perſuaderet ut maximam rerum quae gignerentur partem ad optimum adduceret, ita et hac ratione per neceſſitatem perſuaſioni ſapienti ſubiectam initio conſtructum eſt hoc univerſum. ſi quis igitur quomodo factum ſit ita vere dicturus eſt, admiſcenda ei etiam cauſae ſpecies errantis, quo natura ſua fert. ita iam nobis redeundum eſt, et aliud rurſus his ipſis conveniens initium ſumentes, quemadmodum de illis tunc, ita nunc de his rurſus ab initio nos ordiri oportet. ſpectanda autem ante caeli ortum ipſa ignis et aquae et aëris et terrae natura eaque quae ante his evenerunt. nunc enim nemo adhuc eorum ortum indicavit, ſed tamquam ſcientibus quid tandem ignis ſit et quodque eorum dicimus principia elementa ipſa univerſitatis ponentes, quum ne cum ſyllabae quidem ſpecie iure quis ea vel paullulum intelligens comparare poſſit. nunc igitur quod ad nos quidem attinet ita habeto: de rerum omnium principio vel principiis vel quomodo de his videtur, nunc non eſt dicendum, hanc ſolam ob cauſam quia difficile eſt ex praesente tractationis ratione declarare quae videntur. ne igitur vos arbitramini oportere me dicere, neque ego contra mihimet ipſi potuerim perſuadere recte me aggredi ad tantum opus ſuscipiendum. id tamen quod initio dixi ſervans, orationum vim veri ſimilium, conabor non minus, ſed magis etiam quovis uno probabilia rurſus ab initio de ſingulis et univerſis dicere. deum autem nunc quoque in orationis exordio ſervatorem quum invoca-

διηγήσεως πρὸς τὸ τῶν εἰκότων δόγμα διασώζειν ἡμᾶς * ἐπικαλεσάμενοι πάλιν ἀρχώμεθα λέγειν. E

Ἡ δ' οὖν αὖθις ἀρχὴ περὶ τοῦ παντὸς ἔστω μειζόνως τῆς πρόσθεν διῃρημένη. τότε μὲν γὰρ δύο εἴδη διειλόμεθα, νῦν δὲ τρίτον ἄλλο γένος ἡμῖν δηλωτέον. τὰ μὲν γὰρ δύο ἱκανὰ ἦν ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν λεχθεῖσιν, ἓν μὲν ὡς παραδείγματος εἶδος ὑποτεθέν, νοητὸν καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν, μίμημα δὲ παραδείγματος * δεύτερον, γένεσιν ἔχον καὶ ὁρα- 49
τόν. τρίτον δὲ τότε μὲν οὐ διειλόμεθα, νομίσαντες τὰ δύο ἔξειν ἱκανῶς, νῦν δὲ ὁ λόγος ἔοικεν εἰσαναγκάζειν χαλεπὸν καὶ ἀμυδρὸν εἶδος ἐπιχειρεῖν λόγοις ἐμφανίσαι. τίνα οὖν ἔχον δύναμιν καὶ *) φύσιν αὐτὸ ὑποληπτέον; τοιάνδε μάλιστα. πάσης εἶναι γενέσεως ὑποδοχὴν αὐτό, οἷον τιθήνην. εἴρηται μὲν οὖν τἀληθές, δεῖ δ' ἐναργέστερον εἰπεῖν * περὶ B
αὐτοῦ· χαλεπὸν δὲ ἄλλως τε καὶ διότι προαπορηθῆναι περὶ πυρὸς καὶ τῶν μετὰ πυρὸς ἀναγκαῖον τούτου χάριν· τούτων γὰρ εἰπεῖν ἕκαστον, ὁποῖον ὄντως ὕδωρ χρὴ λέγειν μᾶλλον ἢ πῦρ καὶ ὁποῖον ὁτιοῦν μᾶλλον ἢ καὶ ἅπαντα καθ' ἕκαστόν τε, οὕτως **) ὥστε τινὶ πιστῷ καὶ βεβαίῳ ***) χρήσασθαι λόγῳ, χαλεπόν. πῶς οὖν δὴ τοῦτ' αὐτὸ καὶ πῇ καὶ τί περὶ αὐτῶν εἰκότως διαπορηθέντες ἂν λέγοιμεν †); πρῶτον μὲν ὃ δὴ νῦν ††) ὕδωρ ὠνομάκαμεν, πηγνύμενον, * ὡς δοκοῦμεν, λίθους καὶ γῆν γιγνόμενον ὁρῶμεν, τηκόμε- C
νον δ' αὖ καὶ διακρινόμενον ταὐτὸν τοῦτο πνεῦμα καὶ ἀέρα, ξυγκαυθέντα δὲ τὸν ἀέρα καὶ πῦρ †††), ἀνάπαλιν δὲ ξυγκριθὲν καὶ κατασβεσθὲν εἰς ἰδέαν τε ἀπιὸν αὖθις ἀέρος πῦρ (*), καὶ πάλιν ἀέρα ξυνιόντα καὶ πυκνούμενον νέφος καὶ ὁμίχλην, ἐκ δὲ τούτων ἔτι μᾶλλον ξυμπιλουμένων ῥέον ὕδωρ, ἐξ ὕδατος δὲ γῆν καὶ λίθους αὖθις, κύκλον τε (**) οὕτω διαδιδόντα εἰς ἄλληλα, ὡς φαίνεται, τὴν * γένεσιν. D
οὕτω δὴ τούτων οὐδέποτε τῶν αὐτῶν ἑκάστων φανταζομένων, ποῖον αὐτῶν ὡς ὂν ὁτιοῦν τοῦτο καὶ οὐκ ἄλλο πα-

*) ἄλλ. κατὰ. **) ἴσ. ἅπαντα, καθ' ἕκαστόν τε οὕτως.
***) γρ. πιστῶς καὶ βεβαίως. †) γρ. λέγωμεν;
††) ἴσ. νῦν δή. †††) ἴσ. ξυγκαυθέντα δὲ ἀέρα πῦρ.
(*) ἴσ. ἀνάπαλιν δὲ πῦρ — εἰς ἰδέαν ἀπιόν.
(**) ἴσ. κύκλῳ γε.

verimus ut ex mirabili et inſolita expoſitione ad probabiles opiniones ſalvos nos traducat, rurſus incipiemus dicere.

Initium igitur huius de univerſo ſuspiciendae orationis a maiore ducatur diſtinctione quam ſuperior erat. tunc enim duo genera diſtinximus, nunc autem tertium aliud genus nobis explicandum. etenim duo illa ſatis erant in ſuperiore oratione, unum quidem pro exemplaris ſpecie poſitum, ſub intelligentiam cadens ſemperque eodem ſe habens modo, ſimulacrum vero exemplaris ſecundum, ortum habens et in cernendi cadens ſenſum. tertium autem tunc quidem non poſuimus, arbitrantes duo illa fore ſatis, nunc vero oratio videtur cogere ut difficilem et obſcuram ſpeciem inſtituamus oratione patefacere. quam igitur vim et naturam eam habere exiſtimari oportet? hanc maxime, ut omnis ſit ortus receptaculum, quaſi nutrix. et dictum quidem quod verum eſt, oportet tamen dilucidius de ea exponi; difficile vero praeſertim quod prius dubitanter diſſerendum eſt de igne eisque quae cum igne coniuncta ſunt illius cauſa; de horum enim quoque dicere, quidnam vere aquam oporteat nominari potius quam ignem et quidnam quidvis potius quam cuncta, idque de ſingulis ita ut certa ſtabilique utamur oratione, difficile. quomodo igitur hoc ipſum et quorſum et quid de eis iure dubitantes dicemus? primum quidem quod nunc aquam diximus, id concretum, ni fallimur, lapides et terram fieri conſpicimus, liquefactum autem et diſſolutum idem hoc ventum et aërem, exuſtum vero aërem ignem, contra ignem concretum et exſtinctum in aëris ſpeciem reverti, rurſusque aërem coëuntem et denſatum nubem et nebulam fieri, ex his etiam magis compactis fluentem aquam, ex aqua terram et lapides rurſus, in orbem ita inter ſe, ut videtur, tradentia ortum. ita igitur quum haec numquam eadem ſeſe exhibeant, quidnam eorum hoc qualecum-

γίως διισχυριζόμενος οὐκ αἰσχυνεῖταί γέ τις *) ἑαυτόν; οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀσφαλέστατον **) μακρῷ περὶ τούτων τιθεμένους ὧδε λέγειν· ἀεὶ ὃ καθορῶμεν ἄλλοτε ἄλλῃ γιγνόμενον, ὡς πῦρ, μὴ τοῦτο, ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἑκάστοτε προσαγορεύειν πῦρ, μηδὲ ὕδωρ τοῦτο, ἀλλὰ τοιοῦτον ἀεί, μηδὲ ἄλλο ποτὲ μηδὲν ὡς τιν' ἔχον βεβαιότητα, * ὅσα δεικνύντες τῷ ῥήματι τῷ τόδε καὶ τοῦτο προσχρώμενοι δηλοῦν ἡγούμεθά τι· φεύγει γὰρ οὐχ ὑπομένον τὴν τοῦ τόδε καὶ τὴν τούτου καὶ τὴν τῷδε καὶ πᾶσαν ὅση μόνιμα ὡς ὄντα αὐτὰ ἐνδείκνυται φάσις· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἕκαστα μὴ λέγειν, τὸ δὲ τοιοῦτον ἀεὶ περιφερόμενον ὅμοιον ἑκάστου πέρι καὶ ξυμπάντων οὕτω καλεῖν· καὶ δὴ καὶ πῦρ τὸ διὰ παντὸς τοιοῦτον, καὶ ἅπαν ὅσονπερ ἂν ἔχῃ γένεσιν. ἐν ᾧ δὲ ἐγγιγνόμενα ἀεὶ ἕκαστα αὐτῶν φαντάζεται καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπόλλυται, μόνον * ἐκεῖνο αὖ προσαγορεύειν τῷ τε τοῦτο καὶ τῷ τόδε προσχρωμένους ὀνόματι, τὸ δὲ ὁποιονοῦν τι, θερμὸν ἢ λευκὸν ἢ καὶ ὁτιοῦν τῶν ἐναντίων, καὶ πάνθ' ὅσα ἐκ τούτων, μηδὲν ἐκεῖνο αὖ ***) τούτων καλεῖν. ἔτι δὲ σαφέστερον αὐτοῦ πέρι προθυμητέον αὖθις εἰπεῖν. εἰ γὰρ πάντα τις σχήματα πλάσας ἐκ χρυσοῦ μηδὲν μεταπλάττων παύοιτο ἕκαστα εἰς ἅπαντα, δεικνύντος δή τινος αὐτῶν ἓν καὶ προσερομένου τί ποτ' ἔστι, μακρῷ πρὸς ἀλήθειαν * ἀσφαλέστατον εἰπεῖν ὅτι χρυσός, τὸ δὲ τρίγωνον ὅσα τε ἄλλα σχήματα ἐνεγίγνετο, μηδέποτε λέγειν ταῦτα ὡς ὄντα, ἅ γε μεταξὺ τιθεμένου μεταπίπτει, ἀλλ' ἐὰν ἄρα καὶ τὸ τοιοῦτον μετ' ἀσφαλείας ἐθέλῃ δέχεσθαί τινος, ἀγαπᾶν. ὁ αὐτὸς δὴ λόγος καὶ περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως· ταὐτὸν αὐτὴν ἀεὶ προσρητέον· ἐκ γὰρ τῆς ἑαυτῆς τὸ παράπαν οὐκ ἐξίσταται δυναμεως. δέχεταί τε γὰρ ἀεὶ τὰ πάντα, καὶ μορφὴν οὐδεμίαν * ποτὲ οὐδενὶ τῶν εἰσιόντων ὁμοίαν εἴληφεν οὐδαμῇ οὐδαμῶς· ἐκμαγεῖον γὰρ φύσει παντὶ κεῖται, κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων· φαίνεται δὲ δι' ἐκεῖνα ἄλλοτε ἀλλοῖον· τὰ δὲ εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα τῶν ὄντων ἀεὶ μιμήματα, τυπωθέντα ἀπ' αὐτῶν τρόπον τινὰ δύς-

*) γρ. αἰσχυνεῖ γε τις. **) γρ. ἀσφαλέστατον ἄν.
***) γρ. ἄν.

que esse, non aliud pro certo quis affirmaverit sine pudore? fieri non potest, sed tutissimum longe de his ita statuere et dicere, ut semper quod cernamus alias aliter fieri, ut ignem, non hoc nominemus, sed tale semper, ignem, neque aquam hanc dicamus, sed talem semper, neque aliquid aliud tamquam stabilitatem aliquam habens ex iis quae indicantes nos vocabulorum *hoc* et *istud* usu significare aliquid arbitramur; effugit enim non manens dictiones *hoc* et *huius* et *huic* omnesque quae ut stabilia illa significant; at *haec* quidem singula non oportet dici, sed tale semper quod huc et illuc feratur simile in singulis et universis usurpari; atque etiam ignem usquequaque talem, omniaque quaecumque ortum habent. in quo autem quaeque eorum nascentia sese exhibent rursusque istinc evanescunt, hoc solum asseiendum est nominibus *hoc* et *istud*, quod vero tale quid qualecumque est, calidum vel album vel quidvis contrariorum omniaque quaecumque ex his proficiscuntur, horum nihil ita appellandum. etiam dilucidius de hoc conandum est exponere. si quis enim omnes fingens formas ex auro nihil desinat quamque in omnes transformare, et ostendat aliquis unam earum interrogetque quid tandem sit, longe ad veritatem tutissimum sit dicere, aurum esse, triangulum vero et quaecumque aliae formae inerant, numquam dicere has vere esse, quippe quae dum ponantur mutentur, sed, si hoc cum securitate velit accipere, acquiescere. eadem igitur oratio usurpanda est etiam de natura omnia recipiente corpora; eadem semper appellanda; e sua enim ipsa vi omnino non excedit. etenim recipit semper omnia, nec ullam umquam alicui eorum quae intrant similem formam ullo modo capit; etenim ut materia ex qua formae exprimuntur natura omnibus proposita est, agitata et figurata ab eis quae intrant; et videtur per haec alias alia; ea vero quae ingrediuntur et egrediuntur eorum quae semper exstant simulacra sunt, ficta ab eis modo

φραστον καὶ θαυμαστόν, ὃν ἐσαῦθις μέτιμεν. ἐν δ' οὖν τῷ παρόντι χρὴ γένη διανοηθῆναι τριττά, τὸ μὲν γιγνόμενον, τὸ δ' ἐν ᾧ γίγνεται, τὸ δ' * ὅθεν ἀφομοιούμενον φύεται τὸ γιγνόμε- D
νον. καὶ δὴ καὶ προσεικάσαι πρέπει τὸ μὲν δεχόμενον μητρί, τὸ δ' ὅθεν πατρί, τὴν δὲ μεταξὺ τούτων φύσιν ἐκγόνῳ, νοῆσαί τε ὡς οὐκ ἂν ἄλλως, ἐκτυπώματος ἔσεσθαι μέλλοντος ἰδεῖν ποικίλου πάσας ποικιλίας, τοῦτ' αὐτό, ἐν ᾧ ἐκτυπούμενον ἐνίσταται, γένοιτ' ἂν παρεσκευασμένον εὖ, πλὴν ἄμορφον ὂν ἐκείνων ἁπασῶν τῶν ἰδεῶν ὅσας μέλλοι *) δέ- E
χεσθαί * ποθεν· ὅμοιον γὰρ ὂν τῶν ἐπεισιόντων τινὶ τὰ τῆς ἐναντίας τά τε τῆς τὸ παράπαν ἄλλης φύσεως, ὁπότ' ἔλθοι, δεχόμενον κακῶς ἂν ἀφομοιοῖ, τὴν αὑτοῦ παρεμφαῖνον **) ὄψιν. διὸ καὶ πάντων ἐκτὸς εἰδῶν εἶναι χρεὼν τὸ τὰ πάντα ἐκδεξόμενον ἐν αὑτῷ γένη, καθάπερ περὶ τὰ ἀλείμματα, ὁπόσα εὐώδη, τέχνῃ μηχανῶνται πρῶτον τοῦτ' αὐτὸ ὑπάρχον, ποιοῦσιν ὅτι μάλιστα ἀνώδη τὰ δεξόμενα ***) ὑγρὰ τὰς ὀσμάς· ὅσοι τε ἔν τισι τῶν μαλακῶν σχήματα ἀπομάττειν ἐπιχειροῦσι, τὸ παράπαν σχῆμα οὐδὲν ἔνδηλον ὑπάρχειν ἐῶσι, προομαλύναντες δὲ ὅτι λειότατον ἀπεργάζονται. ταὐτὸν οὖν * καὶ τῷ τὰ τῶν πάντων ἀεί τε ὄντων κα- 51
τὰ πᾶν ἑαυτοῦ πολλάκις ἀφομοιώματα καλῶς μέλλοντι δέχεσθαι πάντων ἐκτὸς αὐτῷ †) προσήκει πεφυκέναι τῶν εἰδῶν. διὸ δὴ τὴν τοῦ γεγονότος ὁρατοῦ καὶ πάντως ††) αἰσθητοῦ μητέρα καὶ ὑποδοχὴν μήτε γῆν μήτε ἀέρα μήτε πῦρ μήτε ὕδωρ λέγωμεν, μήτε ὅσα ἐκ τούτων μήτε ἐξ ὧν ταῦτα γέγονεν, ἀλλ' ἀνόρατον εἶδός τι καὶ ἄμορφον, πανδεχές, με- B
ταλαμβάνον δὲ ἀπορώτατά πη τοῦ νοητοῦ * καὶ δυσαλωτότατον αὐτὸ λέγοντες οὐ ψευσόμεθα. καθ' ὅσον δὲ ἐκ τῶν προειρημένων δυνατὸν ἐφικνεῖσθαι τῆς φύσεως αὐτοῦ, τῇδ' ἄν τις ὀρθότατα λέγοι, πῦρ μὲν ἑκάστοτε αὐτσῦ τὸ πεπυρωμένον μέρος φαίνεσθαι, τὸ δὲ ὑγρανθὲν ὕδωρ, γῆν δὲ καὶ

---

*) γρ. μέλλει.
**) γρ. παρεμφαίνων.
***) γρ. ὁπόσα εὐώδη, τὰ δεξόμενα.
†) γρ. αὐτῶν.
††) γρ. παντὸς.

quodam inexplicabili et admirabili, quem alias explicabimus. in praesentia vero oportet tria ſtatui genera, unum quod gignitur, alterum in quo gignitur et tertium id ex quo expreſſum naſcitur quod gignitur. atque etiam comparare convenit id quod ſuscipit matri, id ex quo ſuscipitur patri, et naturam inter haec mediam proli, cogitandum autem eſt, ſi effigies futura ſit omni varietate diſtincta ad adſpectum, haud aliter id ipſum in quo exprimenda ſit, bene fore praeparatum, niſi vacuum fuerit ab omnibus illis formis quas alicunde ſit ſuscepturum; nam ſimile ſi fuerit alicui eorum quae ingrediuntur, contrariam prorſusque diverſam naturam quando acceſſerit ſuscipiens male expreſſurum ſit, ſuam ipſum ſimul oſtendens ſpeciem. quocirca extra omnes oportet formas eſſe id quod omnia in ſe recepturum ſit genera, quemadmodum qui unguenta bene olentia conficiunt, ex arte ante omnia id ſpectant ut humida, quae odores acceptura ſint, quam maxime odore vacua efficiant; et quicumque in iis quae mollia ſunt formas exprimere inſtituunt, figuram omnino nullam perſpicuam ſubeſſe ſinunt, ſed ante expolientes quam leviſſima illa efficiunt. eadem igitur ratione etiam ei quod rerum omnium earumque quae ſemper ſunt in ſe totum ſaepenumero ſimulacra bene eſt recepturum, extra omnes convenit natura formas eſſe. quocirca eam quae rerum genitarum earumque adſpectabilium omninoque ſub ſenſus cadentium mater eſt atque receptaculum, neque terram neque aërem neque ignem neque aquam dicamus, neque quae ex his neque e quibus haec genita ſunt, ſed ſpeciem quandam oculorum ſenſum effugientem formaeque expertem, in ſe omnia recipientem, partem vero ratione quadam maxime inexplicabili eius habentem quod ratione intelligitur perceptuque difficillimam ſi eam dixerimus, haud erraverimus. quoad vero ex iis quae ante poſuimus aſſequi poſſumus eius naturam, ita rectiſſime aliquis dixerit, ignem ſemper inflammatam eius partem videri, made-

ἀέρα, καθ' ὅσον ἂν μιμήματα τούτων δέχηται. λόγῳ δὲ δὴ μᾶλλον τὸ τοιόνδε διοριζομένοις περὶ αὐτῶν διασκεπτέον, ἆρ' ἔστι τι πῦρ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ * πάντα περὶ ὧν C ἀεὶ λέγομεν οὕτως αὐτὰ καθ' αὑτὰ ἕκαστα ὄντα, ἢ ταῦτα ἅπερ καὶ βλέπομεν ὅσα τε ἄλλα διὰ τοῦ σώματος αἰσθανόμεθα, μόνα ἐστὶ τοιαύτην ἔχοντα ἀλήθειαν, ἄλλα δὲ οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτα οὐδαμῇ οὐδαμῶς, ἀλλὰ μάτην ἑκάστοτε εἶναί τί φαμεν εἶδος ἑκάστου νοητόν, τὸ δὲ οὐδὲν ἄρ' ἦν πλὴν λόγος. οὔτε οὖν δὴ τὸ παρὸν ἄκριτον καὶ ἀδίκαστον ἀφέντα ἄξιον φάναι διισχυριζόμενον ἔχειν οὕτως, οὔτ' ἐπὶ λόγου μήκει πάρεργον * ἄλλο μῆκος ἐπεμβλητέον· εἰ δέ τις D ὅρος ὁρισθεὶς μέγας διὰ βραχέων φανείη, τοῦτο μάλιστα καιριώτατον γένοιτ' ἄν. ὧδε οὖν τήν γ' ἐμὴν αὐτὸς τίθεμαι ψῆφον, εἰ μὲν νοῦς καὶ δόξα ἀληθὴς ἑστὸν δύο γένη, παντάπασιν εἶναι καθ' αὑτὰ ταῦτα, ἀναισθητα ὑφ' ἡμῶν εἴδη, νοούμενα μόνον· εἰ δ', ὡς τισι φαίνεται, δόξα ἀληθὴς νοῦ διαφέρει*) μηδέν, πάνθ' ὁπόσα αὖ διὰ τοῦ σώματος αἰσθανόμεθα**), θετέον βεβαιότατα. δύο δὴ λεκτέον ἐκείνω, * διότι χωρὶς γεγόνατον ἀνομοίως τε ἔχετον. τὸ μὲν γὰρ E αὐτῶν διὰ διδαχῆς, τὸ δ' ὑπὸ πειθοῦς ἡμῖν ἐγγίγνεται, καὶ τὸ μὲν ἀεὶ μετὰ ἀληθοῦς λόγου, τὸ δὲ ἄλογον, καὶ τὸ μὲν ἀκίνητον πειθοῖ, τὸ δὲ μεταπειστόν, καὶ τοῦ μὲν πάντα ἄνδρα μετέχειν φατέον, νοῦ δὲ θεούς, ἀνθρώπων δὲ γένος βραχύ τι. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων ὁμολογητέον ἓν μὲν***) εἶναι τὸ * κατὰ ταὐτὰ 52 εἶδος ἔχον, ἀγέννητον καὶ ἀνώλεθρον, οὔτε εἰς ἑαυτὸ εἰσδεχόμενον ἄλλο ἄλλοθεν οὔτε αὐτὸ εἰς ἄλλο ποι ἰόν, ἀόρατον δὲ καὶ ἄλλως ἀναισθητον, τοῦτο ὃ δὴ νόησις εἴληχεν ἐπισκοπεῖν· τὸ δὲ ὁμώνυμον ὁμοιόν τε ἐκείνῳ δεύτερον, αἰσθητόν, γεννητόν, πεφορημένον ἀεί, γιγνόμενόν τε ἔν τινι †)

---

*) γρ. διαφέροιτο.
**) γρ. ὁπόσα ἂν — αἰσθανώμεθα.
***) γρ. ὁμολογητέον μὲν.
†) γρ. γιγνόμενον ἔν τινι.

factam vero aquam, terram porro et aërem, quantum horum simulacra recipiat. oratione vero potius hoc distingui deque illis anquiri oportet: num sit ignis ipse per se omniaque in quibus semper usurpamus hoc, per se ipsa quaeque esse, an ea quae cernimus et quaecumque alia corporis sensibus percipimus, sola sint huiusmodi veritatem habentia, alia vero nullo modo exstent praeter haec, sed frustra semper dicamus esse aliquam cuiusque speciem sub intelligentiam cadentem, quum nihil aliud haec sit nisi oratio. neque igitur rem in qua nunc versamur sine iudicio et disceptatione nos dimittentes par est pro certo affirmare ita se habere, neque orationis longitudine alia ad institutum nihil pertinens adiicienda; quodsi vero descriptio magna paucis verbis reperietur explicata, hoc maxime tempestivum erit. ita igitur meam equidem sententiam fero, si mens et opinio vera duo sint genera, prorsus ea esse per se, et species quidem sensibus a nobis non percipiendas, sed sola ratione, sin autem, ut nonnullis videtur, opinio vera a mente nihil differat, omnia quae corporis sensibus percipiamus, ponenda esse certissima. duo igitur dicenda sunt illa, propterea quod separata sunt et dissimilitudinem inter se habent. alterum enim doctrina, alterum persuasione in nobis exsistit, illud semper cum vera coniunctum ratione, hoc rationis expers, illud persuasione flecti nequit, hoc ad aliam traduci potest persuasionem, alterius quemlibet esse participem dicere debemus, rationis vero deos, hominum autem genus perexiguum. quae quum ita sint, confitendum unam esse speciem eodem se modo habentem, ortus et interitus expertem, neque in se recipientem aliud aliunde neque ipsam in aliud transeuntem, oculorum obtutum reliquosque sensus effugientem, hanc cuius investigatio obtigit intelligentiae; cognomine vero simileque illi secundum, sensum movens, ortum habens, semper agitatum, nascens in loco aliquo rursusque inde

τύπῳ καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπολλύμενον, δόξῃ μετ' αἰσθήσεως περιληπτόν· τρίτον δὲ αὖ γένος ὂν τὸ τῆς χώρας ἀεί, φθορὰν οὐ προσδεχόμενον, * ἕδραν δὲ παρέχον ὅσα ἔχει γένε- B
σιν πᾶσιν, αὐτὸ δὲ μετ' ἀναισθησίας ἅπτὸν λογισμῷ τινὶ νόθῳ, μόγις πιστόν, πρὸς ὃ δὴ *) καὶ ὀνειροπολοῦμεν βλέποντες καί φαμεν ἀναγκαῖον εἶναί που τὸ ὂν ἅπαν ἔν τινι τόπῳ καὶ κατέχον χώραν τινά, τὸ δὲ μήτε ἐν γῇ μήτε που κατ' οὐρανὸν **) οὐδὲν εἶναι. ταῦτα δὴ ***) πάντα καὶ τὰ τούτων ἀδελφὰ †) καὶ περὶ τὴν ἄϋπνον καὶ ἀληθῶς φύ- C
σιν ὑπάρχουσαν ὑπὸ ταύτης τῆς ὀνειρώξεως οὐ δυνατοὶ γιγνόμεθα * ἐγερθέντες διοριζόμενοι τἀληθὲς λέγειν· ὡς εἰκόνι μέν, ἐπείπερ οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἐφ' ᾧ γέγονεν ἑαυτῆς ††) ἐστίν, ἑτέρου δέ τινος ἀεὶ φέρεται φάντασμα, διὰ ταῦτα ἐν ἑτέρῳ προσήκει τινὶ γίγνεσθαι, οὐσίας ἀμωσγέπως ἀντεχομένην, ἢ μηδὲν τὸ παράπαν αὐτὴν εἶναι, τῷ δὲ ὄντως ὄντι βοηθὸς ὁ δι' ἀκριβείας ἀληθὴς λόγος, ὡς, ἕως ἄν τι τὸ μὲν ἄλλο ᾖ, τὸ δὲ ἄλλο, οὐδέτερον ἐν οὐδετέρῳ ποτὲ γεγε- D
νημένον ἓν ἅμα ταὐτὸν καὶ δύο * γενήσεσθον. οὗτος μὲν οὖν δὴ παρὰ τῆς ἐμῆς ψήφου λογισθεὶς ἐν κεφαλαίῳ δεδόσθω λόγος, ὅν τε καὶ χώραν καὶ γένεσιν εἶναι, τρία τριχῇ, καὶ πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι· τὴν δὲ γενέσεως †††) τιθήνην ὑγραινομένην καὶ πυρουμένην καὶ τὰς γῆς τε καὶ ἀέρος μορφὰς δεχομένην, καὶ ὅσα τούτοις ἄλλα πάθη ξυνέ- E
πεται πάσχουσαν, παντοδαπὴν * μὲν ἰδεῖν φαίνεσθαι, διὰ δὲ τὸ μήθ' ὁμοίων δυνάμεων μήτ' ἰσορρόπων ἐμπίπλασθαι κατ' οὐδὲν αὐτῆς ἰσορροπεῖν, ἀλλ' ἀνωμάλως πάντῃ ταλαντουμένην σείεσθαι μὲν ὑπ' ἐκείνων αὐτήν, κινουμένην δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνα σείειν· τὰ δὲ κινούμενα ἄλλα ἄλλοσε ἀεὶ φέρεσθαι διακρινόμενα, ὥσπερ τὰ ὑπὸ τῶν πλοκάνων τε καὶ ὀργάνων τῶν περὶ τὴν τοῦ σίτου κάθαρσιν σειόμενα καὶ ἀναλικμώμενα (*) τὰ μὲν πυκνὰ καὶ βαρέα ἄλλῃ, * τὰ 53
δὲ μανὰ καὶ κοῦφα εἰς ἑτέραν ἴζει φερόμενα ἕδραν· τότε οὕτω τὰ τέτταρα γένη σειόμενα ὑπὸ τῆς δεξαμενῆς, κινου-

*) γρ. δὲ. **) ἴσ. κατέχειν — κατ' οὐρανὸν ὄν. ***) γρ. δὲ. †) ἄλλ. καὶ τούτων ἄλλ' ἀδελφά. ††) ἴσ. αὐτῆς. †††) γρ. γεννήσεως. (*) ἴσ. ἀνικμώμενα.

evaneſcens, opinione et ſenſu comprehendendum; tertium porro genus ſpatii cuiusque, interitum non admittens, ſedem praebens quaecumque ortum habent omnibus, ipſum vero ita comparatum, ut nullo ſenſu perceptum tangatur ratiocinatione quadam adulterina, vixque certum ſit, quod etiam intuentes ſomniamus dicimusque neceſſario omne quod ſit in loco aliquo eſſe et ſedem aliquam tenere, quod vero neque in terra neque in caelo usquam ſit id nihil eſſe. haec igitur omnia hisque ſimilia, etiam quod ad naturam inſomnem vereque exſtantem attinet, prae ſomnio illo non poſſumus experrecti diſtinguere verumque dicere; nam imagini quidem, quoniam id ipſum cuius cauſa exſtitit non ipſius eſt, ſed alius cuiuspiam fertur ſimulacrum, ideo convenit ut in alio quodam ſit, eſſentiam aliquo modo uſurpans, aut nihil ſit omnino, at vero ei quod revera eſt ſuffragatur quae exacte vera eſt ratio, docens, quamdiu unum aliud ſit et alterum aliud, neutrum in neutro umquam genitum unum ſimul idem et duo fore. haec igitur ratio ex ſententia mea concluſa ad ſummam poſita eſto, eſſentiam et ſpatium et ortum eſſe, tria trifariam, eaque antequam caelum exſtiterit; ortus vero nutricem madefactam et inflammatam et terrae aërisque formas accipientem et quaecumque alia cum his coniuncta ſunt patientem variam quidem adſpectu videri, propterea autem quod neque ſimilibus viribus neque aequilibribus impleta ſit, nullam in partem aequilibrem eſſe, ſed inaequaliter in omnes partes fluctuantem concuti ipſam ab illis, rurſusque agitatam illas concutere, agitata vero alia alio ſemper ferri diſiuncta, quemadmodum quae a cribris et inſtrumentis frumento depurgando ſervientibus concutiuntur et ventilantur denſa et gravia alio feruntur, rara vero et levia alio conſidunt loco: tum ita quattuor genera concuſſa a receptaculo, commoto

μένης αὐτῆς οἷον ὀργάνου σεισμὸν παρέχοντος, τὰ μὲν ἀνομοιότατα πλεῖστον αὐτὰ ἀφ' αὑτῶν ὁρίζειν, τὰ δ' ὁμοιότατα μάλιστα εἰς ταὐτὸν ξυνωθεῖν· διὸ δὴ καὶ χώραν ταῦτα ἄλλα ἄλλην ἴσχειν, πρὶν καὶ τὸ πᾶν ἐξ αὐτῶν διακοσμηθὲν γενέσθαι. καὶ τὸ μὲν δὴ πρὸ τούτου πάντα ταῦτ' ἔχειν ἀλόγως καὶ ἀμέτρως· ὅτε δ' ἐπεχειρεῖτο κοσμεῖσθαι * τὸ πᾶν, πῦρ B πρῶτον καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα, ἴχνη μὲν ἔχοντα αὑτῶν ἄττα, παντάπασι μὴν διακείμενα ὥσπερ εἰκὸς ἔχειν ἅπαν ὅταν ἀπῇ τινὸς θεός, οὕτω δὴ τότε πεφυκότα ταῦτα πρῶτον διεσχηματίσατο εἴδεσί τε καὶ ἀριθμοῖς. τὸ δὲ ᾗ δυνατὸν ὡς κάλλιστά τε καὶ ἄριστα ἐξ οὐχ οὕτως ἐχόντων τὸν θεὸν αὐτὰ ξυνιστάναι, παρὰ πάντα ἡμῖν ὡς ἀεὶ τοῦτο λεγόμενον ὑπαρχέτω. Νῦν δ' οὖν τὴν διάταξιν αὐτῶν ἐπιχειρητέον ἑκάστων καὶ * γένεσιν ἀήθει λόγῳ πρὸς ὑμᾶς δηλοῦν. ἀλλὰ C γάρ, ἐπεὶ μετέχετε τῶν κατὰ παίδευσιν ὁδῶν, δι' ὧν ἐνδείκνυσθαι τὰ λεγόμενα ἀνάγκη, ξυνέψεσθε.

Πρῶτον μὲν δὴ πῦρ καὶ γῆ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ ὅτι σώματά ἐστι, δῆλόν που καὶ παντί. τὸ δὲ τοῦ σώματος εἶδος πᾶν καὶ βάθος ἔχει· τὸ δὲ βάθος αὖ πᾶσα ἀνάγκη τὴν ἐπίπεδον περιειληφέναι φύσιν· ἡ δὲ ὀρθὴ τῆς ἐπιπέδου βάσεως ἐκ τριγώνων ξυνέστηκε· τὰ δὲ τρίγωνα ἅπαντα ἐκ δυεῖν ἄρχεται τριγώνοιν *), * μίαν μὲν ὀρθὴν ἔχοντος ἑκατέρου D γωνίαν, τὰς δὲ δύο ὀξείας· ὧν τὸ μὲν ἕτερον ἑκατέρωθεν ἔχει μέρος γωνίας ὀρθῆς πλευραῖς ἴσαις διῃρημένης, τὸ δὲ ἕτερον ἀνίσοις ἄνισα μέρη νενεμημένης. ταύτην δὴ πυρὸς ἀρχὴν καὶ τῶν ἄλλων σωμάτων ὑποτιθώμεθα **) κατὰ τὸν μετ' ἀνάγκης εἰκότα λόγον πορευόμενοι· τὰς δ' ἔτι***) τούτων ἀρχὰς ἄνωθεν θεὸς οἶδε καὶ ἀνδρῶν ὃς ἂν ἐκείνῳ φίλος ᾖ. Δεῖ δὴ λέγειν * ποῖα κάλλιστα σώματα γένοιτ' ἂν τέτ- E ταρα, ἀνόμοια μὲν ἑαυτοῖς, δυνατὰ δὲ ἐξ ἀλλήλων αὐτῶν ἄττα διαλυόμενα γίγνεσθαι. τούτου γὰρ τυχόντες ἕξομεν †) τὴν ἀλήθειαν γενέσεως πέρι γῆς τε καὶ πυρὸς τῶν τε ἀνὰ

---

*) γρ. ἄρχονται, μίαν. **) ἄλλ. ὑποτιθέμεθα.
***) γρ. δέ τι. †) γρ. ἔχοιμεν.

velut inſtrumento concuſſionem efficiente, diſſimillima maxime ipſa a ſe ſecernere, ſimillima vero maxime unum in locum cogere; quocirca etiam haec alia alium locum habeant, antequam univerſitas ex iis diſpoſita exſtiterit. et ante quidem omnia haec fuiſſe a ratione averſa et immoderata; quum autem coeptum eſſet diſponi univerſum, ignem primum et aquam et terram et aërem, veſtigia quaedam naturae ſuae tenentia, quum prorſus quidem ita comparata fuiſſent, ut conſentaneum eſt omne ſe habere a quo deus abſit, tum demum illa ita comparata formis et numeris exornata fuiſſe. quam pulcherrime vero et optime ex non ita ſe habentibus deum ea compoſuiſſe, hoc per omnia nobis ut ſemper dicendum poſitum eſto. Nunc autem deſcriptionem eorum conandum eſt ortumque cuiusque inſolita oratione vobis declarare. at enim vos, quum doctrinae vias teneatis, quibus declaranda ſunt de quibus agitur, me conſequemini.

Ac primum quidem ignem et terram et aquam et aërem corpora eſſe, perſpicuum ſane cuilibet. omnis vero corporis forma etiam altitudinem habet, et altitudo quaeque planam naturam comprehendat neceſſe eſt; recta autem plana baſis e triangulis compoſita eſt, et triangula omnia e duobus ordiuntur triangulis, unum quidem rectum utroque habente angulum, duos vero acutos: quorum alterum utrimque habet partem anguli recti aequalibus lateribus diviſi. alterum inaequalibus in partes inaequales diſtributi. hoc igitur ignis principium ceterorumque corporum ponamus orationem non ſine aliqua neceſſitate probabilem ſequentes; his vero etiam altiora principia deus perſpicit et virorum quicumque ipſi carus eſt. Oportet igitur dici qualia pulcherrima corpora ſuerint quattuor, diſſimilia quidem inter ſe, ita vero comparata ut quaedam inter ſe diſſolvantur et gignantur. hoc enim aſſequuti tenebimus verum terrae et ignis et eorum quae pro portione me-

λόγον †) ἐν μέσῳ· τότε γὰρ οὐδενὶ ξυγχωρησόμεθα καλλίω
τούτων ὁρώμενα σώματα εἶναί που καθ' ἓν γένος ἕκαστον
ὄν. τοῦτ' οὖν προθυμητέον, τὰ διαφέροντα κάλλει σωμάτων
τέτταρα γένη ξυναρμόσασθαι καὶ φάναι τὴν τούτων ἡμᾶς
φύσιν ἱκανῶς εἰληφέναι. * τοῖν δὴ δυοῖν τριγώνοιν τὸ μὲν 54
ἰσοσκελὲς μίαν εἴληχε φύσιν, τὸ δὲ πρόμηκες ἀπεράντους.
προαιρετέον οὖν αὖ τῶν ἀπείρων τὸ κάλλιστον, εἰ μέλλομεν
ἄρξεσθαι κατὰ τρόπον. ἂν οὖν τις ἔχῃ κάλλιον ἐκλεξάμενος
εἰπεῖν εἰς τὴν τούτων ξύστασιν, ἐκεῖνος οὐκ ἐχθρὸς ὢν, ἀλ-
λὰ φίλος κρατεῖ. τιθέμεθα δ' οὖν τῶν πολλῶν τριγώνων
κάλλιστον ἕν, ὑπερβάντες τἄλλα, ἐξ οὗ τὸ ἰσόπλευρον τρί-
γωνον * ἐκ τρίτων ††) ξυνέστηκε. διότι δέ, ὁ λόγος πλείων B
ἀλλὰ τῷ τοῦτο ἐλέγξαντι καὶ ἀνευρόντι δὴ μὴ οὕτως ἔχον
κεῖται φιλία· τὰ ἆθλα. προῃρήσθω δὴ δύο τρίγωνα, ἐξ ὧν
τό τε τοῦ πυρὸς καὶ τὰ τῶν ἄλλων σώματα μεμηχάνηται,
τὸ μὲν ἰσοσκελές, τὸ δὲ τριπλῆν κατὰ δύναμιν ἔχον τῆς
ἐλάττονος τὴν μείζω *) πλευρὰν ἀεί. τὸ δὲ πρόσθεν ἀσα-
φῶς **) ῥηθὲν νῦν μᾶλλον διοριστέον. τὰ γὰρ τέτταρα γένη
δι' ἀλλήλων εἰς ἄλληλα ἐφαίνετο πάντα γένεσιν ἔχειν, οὐκ
ὀρθῶς φανταζόμενα. * γίγνεται μὲν γὰρ ἐκ τῶν τριγώνων C
ὧν προῃρήμεθα γένη τέτταρα, τρία μὲν ἐξ ἑνὸς τοῦ τὰς
πλευρὰς ἀνίσους ἔχοντος, τὸ δὲ τέταρτον ἓν μόνον ἐκ τοῦ
ἰσοσκελοῦς τριγώνου ξυναρμοσθέν. οὔκουν δυνατὰ πάντα εἰς
ἄλληλα διαλυόμενα ἐκ πολλῶν σμικρῶν ὀλίγα μεγάλα καὶ
τοὐναντίον γίγνεσθαι, τὰ δὲ τρία οἷόν τε· ἐκ γὰρ ἑνὸς
ἅπαντα πεφυκότα, λυθέντων τε τῶν μειζόνων πολλὰ σμικρὰ
ἐκ τῶν αὐτῶν ξυστήσεται, δεχόμενα τὰ προσήκοντα ἑαυτοῖς
σχήματα, * καὶ σμικρὰ ὅταν αὖ πολλὰ κατὰ τρίγωνα δια- D
σπαρῇ, γενόμενος εἷς ἀριθμὸς ἑνὸς ὄγκου μέγα ἀποτελέσειεν
ἂν ***) ἄλλο εἶδος ἕν. ταῦτα μὲν οὖν λελέχθω περὶ τῆς εἰς
ἄλληλα γενέσεως. Οἷον δὲ ἕκαστον αὐτῶν γέγονεν εἶδος καὶ
ἐξ ὅσων ξυμπεσόντων ἀριθμῶν, λέγειν ἂν ἑπόμενον εἴη.

---

†) γρ. ἀνάλογον.
*) γρ. μίαν.
***) γρ. αὖ.
††) γρ. τρίτου.
**) γρ. οὐκ ἀσφαλῶς.

dia ſunt ortum; tum enim nulli concedemus pulchriora his corpora conſpici, ſecundum unum quodque genus. conandum igitur quattuor corporum genera ad pulchritudinem inſignia componere et affirmare horum nos naturam ſatis perſpectam habere. e duobus igitur triangulis quod aequalia crura habet unam accepit naturam, oblongum autem innumerabiles. eligendum vero ex infinitis pulcherrimum, ſi rite ordiri volumus. quodſi quis poterit pulchrius eligere et proferre ad haec conſtituenda, non inimicus, ſed amicus vincet. ponimus igitur multorum illorum triangulorum pulcherrimum unum, praetermiſſis reliquis, e quo triangulum aequalia latera habens tertium compoſitum eſt. cur autem hoc ita ſit, ſermonis longioris fuerit; at qui hoc redarguerit remque non ita ſe habere repererit ei propoſita ſunt amica praemia. electa igitur ſunto duo tringula, e quibus ignis reliquorumque corpora effecta ſint, unum aequalia crura habens, alterum quod longius latus potentiâ quae dicitur minore triplo ſemper maius habet. quod autem ante obſcure ſignificavimus, id nunc magis definiendum. etenim quattuor genera per ſe et inter ſe videbantur omnia ortum habere, non recte ita nobis viſa. exſiſtunt enim e triangulis quae elegimus genera quattuor, tria ex uno quod latera inaequalia habet, quartum vero unum ſolum e triangulo aequalia crura habente compoſitum. nequaquam igitur poſſunt omnia inter ſe diſſolvi et e multis parvis pauca magna et contra exſiſtere, tria autem oriri poſſunt; ex uno enim omnia natura exſiſtunt, ſolutisque maioribus multa parva ex eisdem componentur, convenientes ſibi figuras accipientia, rurſusque quum parva multa in triangula diffuſa ſunt, unus exſiſtens numerus unius molis magnam abſolvet aliam unam ſpeciem. atque haec quidem dicta ſint de mutuo eorum ortu. Qualis autem quaeque earum exſtiterit ſpecies quibusque e numeris concurrentibus, ſequitur iam ut exponamus. initium autem faciet prima

ἄρξει δὲ τό τε πρῶτον εἶδος καὶ σμικρότατον ξυνιστάμενον· στοιχεῖον δ' αὐτοῦ τὸ τὴν ὑποτείνουσαν τῆς ἐλάττονος πλευρᾶς διπλασίαν ἔχον μήκει· ξύνδυο δὲ τοιούτων †) κατὰ διάμετρον * ξυντιθεμένων καὶ τρὶς τούτου γενομένου, τὰς διαμέτρους καὶ τὰς βραχείας πλευρὰς εἰς ταὐτὸν ὡς κέντρον ἐρεισάντων, ἓν ἰσόπλευρον τρίγωνον ἐξ ἓξ τὸν ἀριθμὸν ὄντων γέγονε· τρίγωνα δὲ ἰσόπλευρα ξυνιστάμενα τέτταρα κατὰ ξύντρεις ἐπιπέδους γωνίας μίαν στερεὰν γωνίαν ποιεῖ, * τῆς ἀμβλυτάτης τῶν ἐπιπέδων γωνιῶν ἐφεξῆς γεγονυῖαν. τοιούτων δὲ ἀποτελεσθεισῶν τεττάρων πρῶτον εἶδος στερεόν, ὅλου περιφεροῦς διανεμητικὸν εἰς ἴσα μέρη καὶ ὅμοια, ξυνίσταται, δεύτερον δὲ ἐκ μὲν τῶν αὐτῶν τριγώνων, κατὰ δὲ ἰσόπλευρα τρίγωνα ὀκτὼ ξυστάντων, μίαν ἀπεργασαμένων στερεὰν γωνίαν ἐκ τεττάρων ἐπιπέδων· καὶ γενομένων ἓξ τοιούτων τὸ δεύτερον αὖ σῶμα οὕτως ἔσχε τέλος. τὸ δὲ τρίτον ἐκ διὶς ἑξήκοντα τῶν στοιχείων * ξυμπαγέντων, στερεῶν δὲ γωνιῶν δώδεκα, ὑπὸ πέντε ἐπιπέδων τριγώνων ἰσοπλεύρων περιεχομένης ἑκάστης, εἴκοσι βάσεις ἔχον τριγώνους ἰσοπλεύρους *) γέγονε. καὶ τὸ μὲν ἕτερον ἀπήλλακτο τῶν στοιχείων ταῦτα γεννῆσαν, τὸ δὲ ἰσοσκελὲς τρίγωνον ἐγέννα τὴν τοῦ τετάρτου φύσιν, κατὰ τέτταρα ξυνιστάμενον, εἰς τὸ κέντρον τὰς ὀρθὰς γωνίας ξυνάγον, ἓν ἰσόπλευρον τετράγωνον ἀπεργασάμενον· ἓξ δὲ τοιαῦτα ξυμπαγέντα γωνίας ὀκτὼ στερεὰς ἀπετέλεσε, * κατὰ τρεῖς ἐπιπέδους ὀρθὰς ξυναρμοσθείσης ἑκάστης· τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ξυστάντος σώματος γέγονε κυβικόν, ἓξ ἐπιπέδους τετραγώνους ἰσοπλεύρους βάσεις ἔχον. ἔτι δὲ οὔσης ξυστάσεως μιᾶς πέμπτης, ἐπὶ τὸ πᾶν ὁ θεὸς αὐτῇ κατεχρήσατο ἐκεῖνο διαζωγραφῶν. Ἆ δή τις εἰ πάντα λογιζόμενος ἐμμελῶς ἀποροῖ πότερον ἀπείρους χρὴ κόσμους εἶναι λέγειν ἢ πέρας ἔχοντας, τὸ μὲν ἀπείρους ἡγήσαιτ' ἂν ὄντως ἀπείρου τινὸς εἶναι * δόγμα ὧν ἔμπειρον χρεὼν εἶναι, πότερον δὲ ἕνα ἢ πέντε αὐτοὺς ἀληθείᾳ πεφυκότας λέγειν προσή-

†) γρ. τούτων.
*) γρ. ἔχων ἰσοπλεύρους.

figura eaque minima compoſita. et elementum eius eſt ea quae lineam quae dicitur ſubtendentem duplo longiorem breviore latere habet, duae autem ſimul eiusmodi ſecundum lineam diagonalem ſi componuntur terque id fit ita ut diagonalia et brevia latera in unum tamquam centrum infigantur, unum aequalia latera habens triangulum ex his quae ſex ſunt numero exſiſtit; triangula autem aequalia latera habentia quum quattuor componuntur ſecundum tres ſimul angulos planos unum ſolidum angulum efficiunt, qui obtuſiſſimum planorum angulorum excipit. his vero abſolutis quattuor, prima ſpecies ſolida componitur quae totum circuitum in aequales distribuit ſimilesque partes, ſecunda ex eisdem quidem angulis, ſecundum triangula vero aequalia latera habentia octo compoſitis, unum efficientibus ſolidum angulum e quattuor planis; ſexque talibus factis ſecundum rurſus corpus abſolvitur. tertium vero e bis ſexaginta elementis compactis, ſolidis autem angulis duodecim, quorum quemque triangula quinque plana aequalia latera habentia complectuntur, viginti baſes habens triangulas aequilaterales gignitur. et alterum quidem elementum diſceſſit quum haec generavit, triangulum vero aequalia habens crura genuit quarti naturam, quattuor triangula componens, in centrum rectos angulos coniungens, unum aequalia latera habens quadratum efficiens; ſex autem talia compacta angulos octo ſolidos efficiunt, quoque e tribus planis rectis compoſito; figura autem corporis ita conſtituti eſt cubica, ſex planas quadratas aequilaterales baſes habens. praeterea una quum eſſet compoſitio quinta, deus ea uſus eſt ad univerſi deſcriptionem. Quae quidem omnia ſi quis rite ſecum reputans dubitet utrum infinitos oporteat dici mundos eſſe an finitos, mundos ponere infinitos exiſtimet hominis eſſe vere eorum imperiti quorum peritum eſſe oporteat, utrum autem unum an quinque revera eſſe na-

κει, μᾶλλον ἂν *) ταύτῃ στὰς **) εἰκότως διαπορήσαι. τὸ μὲν οὖν δὴ παρ' ἡμῶν ἕνα αὐτὸν κατὰ τὸν εἰκότα λόγον πεφυκότα μηνύει, ἄλλος δὲ εἰς ἄλλα πῃ ἀποβλέψας ἕτερα δοξάσει. Καὶ τούτων μὲν μεθετέον, τὰ δὲ γεγονότα νῦν τῷ λόγῳ γένη διανείμωμεν εἰς πῦρ καὶ γῆν καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα. γῇ μὲν δὴ τὸ κυβικὸν εἶδος δῶμεν· ἀκινητοτάτη γὰρ τῶν * τεττάρων γενῶν γῆ καὶ τῶν σωμάτων †) πλαστικωτάτη, Ε μάλιστα δὲ ἀνάγκη γεγονέναι τοιοῦτον τὸ τὰς βάσεις ἀσφαλεστάτας ἔχον· βάσις δὲ ἥ τε τῶν κατ' ἀρχὰς τριγώνων ὑποτεθέντων ἀσφαλεστέρα κατὰ φύσιν ἡ τῶν ἰσοπλεύρων ††) τῆς τῶν ἀνίσων, τό τε ἐξ ἑκατέρου ξυντεθὲν ἐπίπεδον ἰσόπλευρον ἰσοπλεύρου, τετράγωνον τριγώνου, κατά τε μέρη καὶ καθ' ὅλον στασιμωτέρως ἐξ ἀνάγκης βέβηκε. διὸ γῇ μὲν τοῦτο * ἀπονέμοντες τὸν εἰκότα λόγον διασώζομεν, ὕδατι δ' 56 αὖ †††) τὸ δυσκινητότατον εἶδος, τὸ δ' εὐκινητότατον πυρί, τὸ δὲ μέσον ἀέρι· καὶ τὸ μὲν σμικρότατον σῶμα πυρί, τὸ δ' αὖ μέγιστον ὕδατι, τὸ δὲ μέσον ἀέρι· καὶ τὸ μὲν ὀξύτατον αὖ πυρί, τὸ δὲ δεύτερον ἀέρι, τὸ δὲ τρίτον ὕδατι. ταῦτ' οὖν δὴ πάντα, τὸ μὲν ἔχον ὀλιγίστας βάσεις εὐκινητότατον ἀνάγκη πεφυκέναι τμητικώτατόν τε ὀξύτατον ὂν πάντῃ * πάν- Β των, ἔτι τε ἐλαφρώτατον, ἐξ ὀλιγίστων ξυνεστὸς τῶν αὐτῶν μερῶν· τὸ δὲ δεύτερον δευτέρως τὰ αὐτὰ ταῦτ' ἔχειν, τρίτως δὲ τὸ τρίτον. ἔστω δὴ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον καὶ κατὰ τὸν εἰκότα τὸ μὲν τῆς πυραμίδος στερεὸν γεγονὸς εἶδος πυρὸς στοιχεῖόν τε καὶ σπέρμα· τὸ δὲ δεύτερον κατὰ γένεσιν εἴπωμεν ἀέρος, τὸ δὲ τρίτον ὕδατος. πάντα οὖν δὴ ταῦτα δεῖ διανοεῖσθαι (*) σμικρὰ οὕτως, ὡς καθ' * ἓν ἕκαστον μὲν τοῦ C γένους ἑκάστου διὰ σμικρότητα οὐδὲν ὁρώμενον ὑφ' ἡμῶν, ξυναθροισθέντων δὲ πολλῶν τοὺς ὄγκους αὐτῶν ὁρᾶσθαι· καὶ δὴ καὶ τὸ τῶν ἀναλογιῶν περί τε τὰ πλήθη καὶ τὰς κινήσεις καὶ τὰς ἄλλας δυνάμεις, πανταχῇ τὸν θεόν, ὅπῃπερ ἡ τῆς ἀνάγκης ἑκοῦσα πειστέα τε φύσις ὑπεῖξε, ταύτῃ πάντῃ δι' ἀκριβείας ἀποτελεσθεισῶν ὑπ' αὐτοῦ ξυνηρμόσθαι ταῦτα ἀνὰ λόγον.

*) γρ. αὖ. **) ἴσ. πᾶς. †) γρ. σωματικῶν.
††) ἄλλ. ἴσων πλευρῶν. †††) ἄλλ. αἱ τῶν λοιπῶν.
(*) γρ. πάντα οὖν δεῖ ταῦτα διανοεῖσθαι.

tos dicendum ſit, magis de hoc quilibet recte dubitaverit. ac noſtra quidem ſententia unum eſſe mundum natum ſecundum veriſimilem orationem declarat, alius vero alia fere reſpiciens aliter ſentiet. Et haec quidem mittenda ſunt, genera autem nunc oratione effecta distribuamus in ignem et terram et aquam et aërem. terrae igitur cubicam figuram demus; maxime enim e quattuor generibus immobilis eſt terra corporumque ſolidiſſimum, et maxime neceſſe eſt tale ita factum eſſe ut baſes habeat firmiſſimas; de baſi autem triangulorum initio propoſitorum, firmior eſt eorum quae aequalia latera habent quam eorum quae inaequalia habent, et ex utroque compoſitum planum aequilaterale quadrangulum, per partes et in toto triangulo aequilaterali neceſſario ſtabilius inſiſtit. quocirca terrae hoc tribuentes probabilem orationem ſervamus, aquae autem figuram quae difficillime movetur, quae contra facillime movetur igni, et mediam aëri; et minimum quidem corpus igni, maximum vero aquae, mediumque aëri; acutiſſimum porro igni, ſecundum aëri et tertium aquae. harum igitur omnium figurarum eam quae pauciſſimas habet baſes neceſſe eſt natura facile moveri maximamque ſecandi vim habere, quippe quae omnino omnium acutiſſima ſit, praeterea leviſſimam eſſe, quum e pauciſſimis compoſita ſit eisdem partibus, ſecundam autem ſecundo loco eadem haec habere, et tertio loco tertiam. eſto igitur ſecundum rectam orationem atque veri ſimilem ſolida pyramidis figura ignis elementum et ſemen; ſecundam ad ortum dicamus aëris et tertiam aquae. omnia igitur haec oportet ita parva exiſtimari, ut ſingula cuiusque generis propter parvitatem a nobis videri minime poſſint, coacervatorum vero multorum moles cernantur; atque etiam quod ad multitudinis, motus reliquarumque poteſtatum rationes attinet, in omnes partes deum, ut neceſſitatis natura volens et obtemperans cefferit, ita omnino has exacte abſolutas pro portione compoſuiſſe.

Ἐκ δὴ πάντων ὧν περὶ τὰ γένη προειρήκαμεν, ὧδ' ἂν κατὰ τὸ εἰκὸς μάλιστ' ἔχοι. * γῆ μὲν ξυντυγχάνουσα D
πυρὶ διαλυθεῖσά τε ὑπὸ τῆς ὀξύτητος αὐτοῦ φέροιτ' ἄν,
εἴτ' ἐν αὐτῷ πυρὶ λυθεῖσα εἴτ' ἐν ἀέρος εἴτ' ἐν ὕδατος
ὄγκῳ τύχοι, μέχριπερ ἂν αὐτῆς πῃ ξυντυχόντα τὰ μέρη,
πάλιν ξυναρμοσθέντα αὐτὰ αὑτοῖς, γῆ γένοιτο· οὐ γὰρ εἰς
ἄλλο γε εἶδος ἔλθοι ποτ' ἄν. ὕδωρ δὲ ὑπὸ πυρὸς μερισθὲν
εἴτε καὶ ὑπ' ἀέρος, ἐγχωρεῖ γίγνεσθαι ξυστάντα *) ἓν μὲν
πυρὸς σῶμα, δύο δὲ ἀέρος. τὰ δὲ ἀέρος τμήματα ἐξ ἑνὸς
μέρους * διαλυθέντος δύ' ἂν γενοίσθην σώματα πυρός. καὶ E
πάλιν, ὅταν ἀέρι πῦρ ὕδατί τε ἤ τινι γῇ περιλαμβανόμε-
νον, ἐν πολλοῖς ὀλίγον, κινούμενον ἐν φερομένοις, μαχό-
μενον καὶ νικηθὲν καταθραυσθῇ, δύο πυρὸς σώματα εἰς ἓν
ξυνίστασθον εἶδος ἀέρος· καὶ κρατηθέντος ἀέρος κερματι-
σθέντος τε ἐκ δυεῖν ὅλοιν καὶ ἡμίσεως ὕδατος εἶδος ἓν ὅλον
ἔσται ξυμπαγές. ὧδε γὰρ δὴ λογισώμεθα αὐτὰ πάλιν, ὡς
ὅταν ἐν πυρὶ λαμβανόμενον τῶν * ἄλλων ὑπ' αὐτοῦ τι γέ- 57
νος τῇ τῶν γωνιῶν καὶ κατὰ τὰς πλευρὰς ὀξύτητι τέμνηται,
ξυστὰν μὲν εἰς τὴν ἐκείνου φύσιν πέπαυται τεμνόμενον· τὸ
γὰρ ὅμοιον καὶ ταὐτὸν αὑτῷ γένος ἕκαστον οὔτε τινὰ μετα-
βολὴν ἐμποιῆσαι δυνατὸν οὔτε τι παθεῖν ὑπὸ τοῦ κατὰ
ταὐτὰ ὁμοίως τε ἔχοντος **)· ἕως δ' ἂν εἰς ἄλλο τι γιγνόμε-
νον ἧττον ὂν κρείττονι μάχηται, λυόμενον οὐ παύεται. τά τε
αὖ σμικρότερα ὅταν ἐν τοῖς μείζοσι, πολλοῖς περιλαμβανό-
μενα * ὀλίγα, διαθραυόμενα κατασβεννύηται, ξυνίστασθαι B
μὲν ἐθέλοντα εἰς τὴν τοῦ κρατοῦντος ἰδέαν πέπαυται κατα-
σβεννύμενα γίγνεταί τε ἐκ πυρὸς ἀὴρ ἐξ ἀέρος τε ὕδωρ, ἐὰν
δ' εἰς ταῦτα ἢ ***) καὶ τῶν ἄλλων τινὶ ξυνιὸν γενῶν μάχη-
ται, λυόμενα οὐ παύεται, πρὶν †) ἢ παντάπασιν ὠθούμενα,
διαλυτὰ ὄντα ††), ἐκφύγῃ πρὸς τὸ ξυγγενές, ἢ νικηθέντα,
ἓν ἐκ πολλῶν ὅμοιον τῷ κρατήσαντι γενόμενον, αὐτοῦ ξύν-
οικον μείνῃ. καὶ δὴ καὶ * κατὰ ταῦτα τὰ παθήματα δια- C
μείβεται τὰς χώρας ἅπαντα· διέστηκε μὲν γὰρ τοῦ γένους

*) ἴσ. ξυστάν. **) γρ. οὔτε τι δρᾶσαι δύνανται.
***) ἄλλ. εἰς αὐτὰ ἴῃ. †) ἴσ. πρὶν ἂν.
††) ἄλλ. καὶ διαλυθέντα.

Ex omnibus igitur quae de generibus ſupra diximus ita potiſſimum videtur ſe res habere. terra quidem concurrens cum igne diſſoluta ab eius acie fertur, ſive in ipſo igne ſoluta fuerit ſive in aëris ſive in aquae mole, dum concurrentes forte eius partes rurſusque inter ſe ipſae copulatae terra evadant; neque enim in aliam umquam ſpeciem transeant. aqua autem ab igne vel etiam ab aëre diviſa poteſt fieri compoſita unum ignis corpus et duo aëris. de aëris vero particulis, ex una parte diſſoluta duo exſiſtent corpora ignis. et rurſus, quum ignis ab aëre et aqua vel terra comprehenſus, in multis exiguus, agitatus in commotis, pugnans et victus confringitur, duo ignis corpora in unam conflantur ſpeciem aëris; et ſuperato aëre atque conciſo ex duobus totis et dimidio aquae ſpecies una tota exſiſtet compacta. ita enim conſideremus ea rurſus, quum in igne comprehenſum reliquorum aliquod genus angulorum et laterum acie ſecetur, in illius naturam contractum deſinere ſecari; ſimile enim idemque genus quodque neque mutationem aliquam efficere poteſt neque aliquo modo affici ab eo quod eodem ſimilique modo ſe habet; quamdiu vero ad aliud quid accedit et inferius cum ſuperiore pugnat, ſolvi non deſinit. rurſus minora quum in maioribus, a multis comprehenſa pauca, conciſa exſtinguuntur, dum transire volunt in ſuperioris ſpeciem, deſinunt exſtingui ſitque ex igne aër et ex aëre aqua, quando vero cum hoc vel etiam reliquorum generum quopiam concurrentia pugnant, ſolvi non deſinunt, donec aut prorſus impulſa, quum diſſolvi poſſint, ad cognatum effugiunt, aut ſuperata unum e multis ſimile vincenti fiunt ſemperque cum eo habitant. atque etiam his affectionibus ſit ut ſedes omnia permutent; differunt enim generis cu-

ἑκάστου τὰ πλήθη κατὰ τόπον ἴδιον διὰ τὴν τῆς δεχομένης κίνησιν, τὰ δὲ ἀνομοιούμενα φέρεται (†) διὰ τὸν σεισμὸν πρὸς τὸν ἐκείνων οἷς ἂν ὁμοιωθῇ τόπον.

Ὅσα μὲν οὖν ἄκρατα καὶ πρῶτα σώματα, διὰ τοιούτων αἰτιῶν γέγονε· τοῦ δ' ἐν τοῖς εἴδεσιν αὐτῶν ἕτερα ἐμπεφυκέναι γένη τὴν ἑκατέρου τῶν στοιχείων αἰτιατέον ξύστασιν, μὴ μόνον ἓν ἑκατέραν * μέγεθος ἔχον τὸ τρίγωνον φυτεῦσαι *) κατ' ἀρχάς, ἀλλὰ ἐλάττω τε καὶ μείζω, τὸν ἀριθμὸν δὲ ἔχοντα τοσοῦτον ὅσαπερ ἂν ᾖ τὰν τοῖς εἴδεσι γένη. διὸ δὴ **) ξυμμιγνύμενα αὐτά τε πρὸς αὐτὰ καὶ πρὸς ἄλληλα τὴν ποικιλίαν ἐστὶν ἄπειρα· ἧς γε ***) δεῖ θεωροὺς γίγνεσθαι τοὺς μέλλοντας περὶ φύσεως εἰκότι λόγῳ χρήσεσθαι. D

Κινήσεως οὖν στάσεώς †) τε πέρι, τίνα τρόπον καὶ μεθ' ὧντινων γίγνεσθον, εἰ μή τις διομολογήσεται, πόλλ' ἂν εἴη ἐμποδὼν τῷ κατόπισθεν * λογισμῷ. τὰ μὲν οὖν ἤδη περὶ E αὐτῶν εἴρηται, πρὸς δὲ ἐκείνοις ἔτι τάδε· ἐν μὲν ὁμαλότητι μηδέποτε ἐθέλειν κίνησιν ἐνεῖναι. τὸ γὰρ κινησόμενον ἄνευ τοῦ κινήσοντος ἢ τὸ κινῆσον ἄνευ τοῦ κινησομένου χαλεπόν, μᾶλλον δὲ ἀδύνατον εἶναι· κίνησις δὲ οὐκ ἔστι τούτων ἀπόντων ††)· ταῦτα δὲ ὁμαλὰ εἶναί ποτε ἀδύνατον. οὕτω δὴ στάσιν μὲν ἐν ὁμαλότητι, κίνησιν δὲ εἰς ἀνωμαλότητα ἀεὶ τιθῶμεν· * αἰτία δὲ ἡ ἀνισότης αὖ τῆς ἀνωμάλου φύ- 58
σεως. ἀνισότητος δὲ γένεσιν μὲν διεληλύθαμεν· πῶς δέ ποτε οὐ κατὰ γένη (*) διαχωρισθέντα ἕκαστα πέπανται τῆς δι' ἀλλήλων κινήσεως καὶ φορᾶς, οὐκ εἴπομεν. ὧδε οὖν πάλιν ἐροῦμεν.

Ἡ τοῦ παντὸς περίοδος, ἐπειδὴ ξυμπεριέλαβε τὰ γένη, κυκλοτερὴς οὖσα καὶ πρὸς αὑτὴν πεφυκυῖα βούλεσθαι ξυνιέναι, σφίγγει πάντα καὶ κενὴν (**) χώραν οὐδεμίαν ἐᾷ λείπεσθαι. διὸ δὴ πῦρ μὲν εἰς ἅπαντα διελήλυθε * μάλιστα, B ἀὴρ δὲ δευτέρως, ὡς λεπτότητι δεύτερος ἔφυ, καὶ τἆλλα ταύτῃ. τὰ γὰρ ἐκ μεγίστων μερῶν γεγονότα μεγίστην κενότητα ἐν τῇ ξυστάσει παραλέλοιπε, τὰ δὲ σμικρότατα ἐλαχί-

(†) ἄλλ. ἀνομοιούμενα ἑκάστοτε ἑαυτοῖς, ἄλλοις δὲ ὁμοιούμενα. *) ἴσ. τὸ μὴ μόνον — ἔχον τρίγωνον φυτεῦσαι. **) γρ. δύο δέ. ***) ἄλλ. δή. †) γρ. ξυστάσεώς. ††) γρ. ἁπάντων. (*) ἴσ. δέ ποτε κατὰ γένη. (**) γρ. καινὴν.

iusque multitudines loco proprio propter receptaculi motionem, disſimilia vero facta feruntur propter concuſſionem ad eorum quibus ſimilia evadunt locum.

Quaecumque igitur ſimplicia et prima corpora ſunt, has ob cauſas exſtiterunt. quod autem in eorum formis alia innaſcuntur genera, huius rei cauſa attribuenda eſt utriusque elementi compoſitioni, quippe quae non ſolum unum magnitudine praeditum triangulum ab initio generaverit, ſed minora et maiora, tantumque numerum habentia quot ſunt in formis genera. quocirca commixta ſecum et inter ſe varietate ſunt infinita; cuius quidem ſpectatores oportet eſſe qui de natura velint veri ſimili oratione disputare.

Iam quod ad motum et ſtatum attinet, quo pacto et cum quibus exſiſtant, niſi quis ſtatuerit, multa fuerint impedimento poſthac ſuſceptae cogitationi et inveſtigationi. ac de his quidem nonnulla iam dicta ſunt, praeterea etiam haec proferenda, in aequalitate numquam poſſe motum ineſſe. nam movendum ſine moturo vel moturum ſine movendo difficile vel potius eſſe nequit; motus autem nullus eſt his absentibus; haec vero aequalia eſſe numquam poſſunt. itaque ſtatum quidem in aequalitate, motum autem in inaequalitate ſemper ponamus. cauſa vero inaequalis naturae eſt disſimilitudo. ac disſimilitudinis quidem originem explicavimus; quomodo autem fiat ut ſingula ſecundum genera ſeparata moveri inter ſe ac ferri deſinant, non expoſuimus. ita igitur rurſus dicemus.

Univerſi circuitus, genera complexus, quia orbiculatus eſt naturaque ita comparatus ut ad ſe ipſe tendat, conſtringit omnia nullumque ſinit locum vacuum relinqui. quocirca ignis quidem per omnia pervadit maxime, aër autem ſecundo loco, quia tenuitate ſecundus eſt, et ita reliqua. quae enim ex maximis partibus facta ſunt maximam vacuitatem in compoſitione relinquunt, mini-

στην. ἡ δὴ τῆς πιλήσεως ξύνοδος τὰ σμικρὰ εἰς τὰ τῶν μεγάλων διάκενα ξυνωθεῖ. σμικρῶν οὖν παρὰ μεγάλα τιθεμένων καὶ τῶν ἐλαττόνων τὰ μείζονα διακρινόντων, τῶν δὲ μειζόνων ἐκεῖνα ξυγκρινόντων, πάντ' ἄνω κάτω μεταφέρεται πρὸς τοὺς ἑαυτῶν τόπους· * μεταβάλλον γὰρ τὸ μέγεθος C ἕκαστον καὶ τὴν τῶν τόπων μεταβάλλει στάσιν. οὕτω δὴ διὰ ταῦτά τε ἡ τῆς ἀνωμαλότητος διασωζομένη γένεσις ἀεὶ τὴν ἀεὶ κίνησιν τούτων οὖσαν ἐσομένην τε ἐνδελεχῶς παρέχεται.

Μετὰ δὴ ταῦτα δεῖ νοεῖν ὅτι πυρός τε γένη πολλὰ γέγονεν, οἷον φλὸξ τό τε ἀπὸ τῆς φλογὸς ἁπτόν (*), ὃ κάει μὲν οὔ, φῶς δὲ τοῖς ὄμμασι παρέχει, τό τε φλογὸς ἀποσβεσθείσης ἐν τοῖς διαπύροις καταλειπόμενον αὐτοῦ· κατὰ ταὐτὰ δὲ * ἀέρος τὸ μὲν εὐαγέστατον ἐπίκλην αἰθὴρ καλού- D μενος, ὁ δὲ θολερώτατος ὁμίχλη τε καὶ σκότος, ἕτερά τε ἀνώνυμα εἴδη *) γεγονότα διὰ τὴν τῶν τριγώνων ἀνισότητα. τὰ δὲ ὕδατος διχῇ μὲν πρῶτον, τὸ μὲν ὑγρόν, τὸ δὲ χυτὸν γένος αὐτοῦ. τὸ μὲν οὖν ὑγρὸν διὰ τὸ μετέχον εἶναι τῶν γενῶν τοῦ **) ὕδατος, ὅσα σμικρά, ἀνίσων ὄντων, κινητὸν αὐτό τε καθ' αὑτὸ καὶ ὑπ' ἄλλου διὰ τὴν ἀνωμαλότητα καὶ τὴν τοῦ σχήματος ἰδέαν γέγονε· τὸ δ' ἐκ μεγάλων * καὶ E ὁμαλῶν στασιμώτερον μὲν ἐκείνου καὶ βαρὺ πεπηγὸς ὑπὸ ὁμαλότητός ἐστιν, ὑπὸ δὲ πυρὸς ἐξιόντος ***) καὶ διαλύοντος αὐτὸ τὴν ὁμαλότητα ἀπολέσαν μετίσχει μᾶλλον κινήσεως, γενόμενον δὲ εὐκίνητον, ὑπὸ τοῦ πλησίον ἀέρος ὠθούμενον καὶ κατατεινόμενον ἐπὶ γῆν, τήκεσθαι μὲν τὴν τῶν ὄγκων καθαίρεσιν, ῥοὴν δὲ τὴν κατάστασιν †) ἐπὶ γῆν ἐπωνυμίαν ἑκατέρου τοῦ πάθους ἔλαβε. πάλιν δὲ ἐκπίπτοντος αὐτόθεν τοῦ πυρός, ἅτε οὐκ εἰς * κενὸν ἐξιόντος, ὠθούμενος ὁ 59 πλησίον ἀὴρ εὐκίνητον ὄντα ἔτι τὸν ὑγρὸν ὄγκον εἰς τὰς τοῦ πυρὸς ἕδρας ξυνωθῶν αὐτὸν αὐτῷ ξυμμίγνυσιν· ὁ δὲ ξυνωθούμενος ἀπολαμβάνων τε τὴν ὁμαλότητα πάλιν, ἅτε τοῦ τῆς ἀνωμαλότητος δημιουργοῦ πυρὸς ἀπιόντος, εἰς ταὐτὸν αὑτῷ καθίσταται. καὶ τὴν μὲν τοῦ πυρὸς ἀπαλλαγὴν ψύξιν, τὴν δὲ ξύνοδον ἐκείνου ἀπελθόντος πεπηγὸς εἶναι

(*) ἴσ. ἀπιόν. *) γρ. ἤδη. **) ἄλλ. τῶν. ἴσ. τῶν τοῦ.
***) ἴσ. ἐπιόντος. †) ἴσ. κατάτασιν.

ma vero minimam. coarctationis videlicet coitio parva in magnorum vacuitates contrudit. parvis igitur ad magna positis et minoribus maiora discernentibus, maioribus vero illa colligentibus, omnia sursum deorsum transferuntur ad suos locos; quodque enim magnitudinem mutans etiam locorum mutat statum. ita et has ob causas inaequalitatis conservatus ortus semper efficit ut perpetua horum motio et sit et futura sit.

Deinde hoc oportet teneri ignis genera multa esse, velut flammam atque id quod e flamma exit, quod minime quidem urit, sed lucem oculis praebet, et id, quod flamma exstincta in rebus candentibus de illa relinquitur. similiter aëris pars clarissima cognomine aether appellatur, turbidissima nebula et tenebrae, aliaeque nomine carentes species factae per triangulorum inaequalitatem. aquae vero primum duae sunt species, humida una, altera ea quae funditur. et humida quidem, quia particeps est eorum aquae generum quae parva sunt et inaequalia, mobilis ipsa per se et per aliud propter inaequalitatem figuraeque speciem facta est, quod autem e magnis et aequalibus compositum est, id stabilius quidem est illo graviterque compactum per aequalitatem, propter ignem autem invadentem et dissolventem quum aequalitatem amisit magis fit particeps motionis, et ad motionem quum proclive factum est, a vicino aëre impulsum et deiectum in terram, utrumque hoc nomen invenit ut liquefieri molem dicamus quae dissolvitur et evertitur, deiectionem vero in terram fluxionem nominemus. rursus autem excidente inde igne, quippe qui non in vacuum exeat, impulsus vicinus aër humidam molem, quae adhuc facile movetur, in ignis sedem contrudit et cum hoc commiscet; ille vero contrusus quum aequalitatem rursus accepit, quippe igne inaequalitatis effectore elapso, in eundem secum statum restituitur. atque ignis quidem discessus refrigeratio, coitio vero illo digresso compactum genus dicitur. Ex his igitur omni-

γένος προσερρήθη. * Τούτων δὴ πάντων ὅσα χυτὰ προσεί- B
πομεν ὕδατα, τὸ μὲν ἐκ λεπτοτάτων καὶ ὁμαλωτάτων πυ-
κνότατον γιγνόμενον, μονοειδὲς γένος, στίλβοντι καὶ ξανθῷ
χρώματι κοινωθέν, τιμαλφέστατον κτῆμα χρυσὸς ἠθημένος
διὰ πέτρας ἐπάγη. χρυσοῦ δὲ ὄζος, διὰ πυκνότητα σκληρό-
τατον ὂν καὶ μελανθέν, ἀδάμας ἐκλήθη. τὸ δ' ἐγγὺς μὲν
χρυσοῦ τῶν μερῶν, εἴδη δὲ πλείω †) ἑνὸς ἔχον, πυκνότητι
μὲν χρυσοῦ πυκνότερον ὄν, καὶ γῆς μόριον ὀλίγον καὶ λε-
πτὸν μετασχόν, ὥστε σκληρότερον * εἶναι, τῷ ††) δὲ μεγάλα C
ἐντὸς αὑτοῦ διαλείμματα ἔχειν κουφότερον, τῶν λαμπρῶν
πηκτῶν τε ἓν γένος ὑδάτων χαλκὸς ξυσταθεὶς γέγονε. τὸ δ'
ἐκ γῆς αὐτῷ (*) μιχθέν, ὅταν παλαιουμένω διαχωρίζησθον
πάλιν ἀπ' ἀλλήλων, ἐκφανὲς καθ' αὑτὸ γιγνόμενον ἰὸς λέ-
γεται. τἆλλα δὲ τῶν τοιούτων οὐδὲν ποικίλον ἔτι (**) διαλο-
γίσασθαι τὴν τῶν εἰκότων μύθων μεταδιώκοντα ἰδέαν, ἣν
ὅταν τις ἀναπαύσεως ἕνεκα τοὺς περὶ τῶν ὄντων ἀεὶ κατα-
θέμενος * λόγους, τοὺς γενέσεως πέρι διαθεώμενος εἰκότας D
ἀμεταμέλητον ἡδονὴν κτᾶται, μέτριον ἂν ἐν τῷ βίῳ παιδιὰν
καὶ φρόνιμον ποιοῖτο. ταύτῃ δὴ καὶ τὰ νῦν ἐφέντες
τὸ μετὰ τοῦτο τῶν αὐτῶν πέρι τὰ ἑξῆς εἰκότα δίιμεν τῇδε.
Τὸ πυρὶ μεμιγμένον ὕδωρ, ὅσον λεπτὸν ὑγρόν τε διὰ τὴν
κίνησιν καὶ τὴν ὁδὸν ἣν κυλινδούμενον ἐπὶ γῆς ὑγρὸν λέγε-
ται, μαλακόν τε αὖ τῷ τὰς βάσεις ἧττον ἑδραίους οὔσας ἢ
τὰς γῆς ὑπείκειν, τοῦτο δ' * ὅταν πυρὸς ἀποχωρισθὲν ἀέ- E
ρος τε μονωθῇ, γέγονε μὲν ὁμαλώτερον, ξυνέωσται δὲ ὑπὸ
τῶν ἐξιόντων εἰς αὐτό, παγέν τε οὕτω τὸ μὲν ὑπὲρ γῆς
μάλιστα παθὸν ταῦτα χάλαζα, τὸ δ' ἐπὶ γῆς κρύσταλλος, τὸ
δὲ ἧττον ἡμιπαγές τε ὂν ἔτι, τὸ μὲν ὑπὲρ γῆς αὖ χιών, τὸ
δ' ἐπὶ γῆς ξυμπαγέν, ἐκ δρόσου γενόμενον, πάχνη λέγεται.
τὰ δὲ δὴ πλεῖστα ὑδάτων εἴδη μεμιγμένα ἀλλήλοις, ξύμπαν
μὲν τὸ γένος, διὰ τῶν ἐκ γῆς φυτῶν ἠθημένα, χυμοὶ λεγό-
μενοι· * διὰ δὲ τὰς μίξεις ἀνομοιότητα ἕκαστοι σχόντες τὰ 60
μὲν ἄλλα πολλὰ ἀνώνυμα γένη παρέσχοντο, τέτταρα δὲ ὅσα

---

†) γρ. πλέον. ††) γρ. τὸ.
(*) γρ. αὐτό. (**) γρ. ἐστὶ.

bus quas aquas diximus fundi, ea quae e tenuiſſimis maximeque aequalibus denſiſſima exſiſtit, genus ſimplex et uniusmodi, ſplendentis et flavi coloris particeps, pretioſiſſima res aurum ſtillans per petras compingitur. auri autem ramus, qui propter denſitatem duriſſimus eſt nigrique coloris, adamas vocatur. quod vero ab auri partibus prope abeſt, ſpecies autem plures quam unam habet, et ad denſitatem quidem auro denſius eſt, et terrae quoque particulam parvam tenuemque habet, ita ut durius ſit, eo vero quod magna intra ſe intervalla habet levius, ſplendidarum et concretarum unum genus aquarum aes conflatum exſtitit. quod vero ex terra ei admixtum eſt, quum inveterata ambo rurſus a ſe discernuntur, per ſe conſpicuum fit et aerugo dicitur. et reliqua eiusdem generis iam difficile non eſt exputare ei qui veri ſimilium orationum perſequitur genus, quod ſi quis reſpirationis cauſa tractet, orationibus de rebus ſempiternis depoſitis, probabilibus vero de ortu ſpectatis, et voluptatem ſibi comparet haud poenitendam, moderatum in vita prudentemque ſibi ludum faciat. huic igitur nunc quoque nos tradentes deinceps de iisdem quae ſequentur veri ſimilia proponemus ita. Aqua cum igne mixta, quaecumque tenuis et liquida propter motionem et viam qua volutatur ſuper terram liquida dicitur, et mollis quoque, quia baſes eius minus ſtabiles quam terrae cedunt, haec igitur, quum ab igne et aëre ſeparata et deſtituta eſt, fit quidem aequalior, contruditur vero ab iis quae exeunt in ſe ipſam, et ita compacta ea quae maxime id patitur ſuper terram grando, quae idem patitur in terra glacies, quae autem minus et ad dimidias adhuc concreta eſt, ſupra terram compacta nix, in terra autem concreta et ex rore facta pruina dicitur. plurimae vero aquarum ſpecies inter ſe commixtae, univerſum quidem genus, per plantas e terra enatas ſtillantes, ſucci appellantur, propter permixtiones autem inaequalitatem quique habentes quum alia multa nomine

ἔμπυρα εἴδη, διαφανῆ μάλιστα γενόμενα εἴληφεν ὀνόματα αὐτῶν, τὸ μὲν τῆς ψυχῆς μετὰ τοῦ σώματος θερμαντικὸν οἶνος, τὸ δὲ λεῖον καὶ διακριτικὸν ὄψεως διὰ ταῦτά τε ἰδεῖν λαμπρὸν καὶ στίλβον λιπαρόν τε φανταζόμενον ἐλαιηρὸν εἶδος, πίττα καὶ νίκι καὶ ἔλαιον αὐτὸ ὅσα τ' ἄλλα τῆς αὐτῆς δυνάμεως· ὅσον δὲ * διαχυτικὸν μέχρι φύσεως τῶν περὶ τὸ B στόμα ξυνόδων, ταύτῃ τῇ δυνάμει γλυκύτητα παρεχόμενον, μέλι τὸ κατὰ πάντων μάλιστα πρόσρημα ἔσχε· τὸ δὲ τῆς σαρκὸς διαλυτικὸν τῷ κάειν ἀφρῶδες γένος, ἐκ πάντων ἀφορισθὲν τῶν χυμῶν, ὀπὸς ἐπωνομάσθη.

Γῆς δὲ εἴδη, τὸ μὲν ἠθημένον δι' ὕδατος τοιῷδε τρόπῳ γίγνεται σῶμα λίθινον. τὸ ξυμπαγὲν *) ὕδωρ ὅταν ἐν τῇ ξυμμίξει κοπῇ, μετέβαλεν εἰς ἀέρος ἰδέαν· γενόμενος δὲ ἀὴρ εἰς τὸν ἑαυτοῦ τόπον * ἀναθεῖ. κενὸν δ' ὑπῆρχεν αὐτῶν C οὐδέν· τὸν οὖν πλησίον ἔωσεν ἀέρα. ὁ δέ, ἅτε ὢν **) βαρύς, ὠσθεὶς καὶ περιχυθεὶς τῷ τῆς γῆς ὄγκῳ σφόδρα ἔθλιψε ξυνέωσέ τε αὐτὸν εἰς τὰς ἕδρας ὅθεν ἀνήειν ***) ὁ νέος ἀήρ. ξυνωσθεῖσα δὲ ὑπ' ἀέρος ἀλύτως ὕδατι γῇ ξυνίσταται πέτρα, καλλίων μὲν ἡ τῶν ἴσων καὶ ὁμαλῶν διαφανὴς μερῶν, αἰσχίων δὲ ἡ ἐναντία. τὸ δὲ ὑπὸ πυρὸς τάχους †) τὸ νοτερὸν πᾶν ἐξαρπασθὲν καὶ κραυρότερον ἐκείνου ξυστάν, ᾧ * γέ- D νει κέραμον ἐπωνομάκαμεν, τοῦτο γέγονεν. ἔστι δὲ ὅτε νοτίδος ὑπολειφθείσης χυτὴ γῇ γενομένη διὰ πυρός, ὅταν ψυχθῇ, γέγονε τὸ μέλαν χρῶμα ἔχον λίθος. τῷ δ' αὖ κατὰ ταὐτὰ μὲν ταῦτα ἐκ ξυμμίξεως ὕδατος ἀπομονουμένῳ πολλοῦ, λεπτοτέρων δὲ ἐκ γῆς μερῶν ἁλμυρῷ τε ὄντι, ἡμιπαγεῖ γενομένῳ καὶ λυτῷ (*) πάλιν ὑφ' ὕδατος, τὸ μὲν ἐλαίου καὶ γῆς καθαρτικὸν γένος λίτρον, τὸ δ' εὐάρμοστον ἐν ταῖς κοιναωνίαις ταῖς περὶ τὴν τοῦ στόματος (**) * αἴσθησιν ἁλῶν, E κατὰ λόγον νόμου, θεοφιλὲς σῶμα ἐγένετο. Τὰ δὲ κοινὰ ἐξ ἀμφοῖν ὕδατι μὲν οὐ λυτά, πυρὶ δὲ διὰ τὸ τοιόνδε οὕτω

---

*) ἄλλ. ξυμμιγὲς. **) γρ. ἂν ᾖ. ***) γρ. ἂν εἴη.
†) γρ. πάχους. (*) γρ. αὐτῷ. ἴσ. τῷ δ' αὖ — ἀπομονουμένῳ — ἁλμυρῷ τε ὄντε, ἡμιπαγῆ γενομένῳ καὶ λυτῷ πάλιν. (**) γρ. σώματος.

carentia genera edunt, tum quattuor ſpecies igneas easque maxime conſpicuas quae nomina invenerunt, et ea quidem quae animum et corpus caleſacit, vinum appellata eſt, lenis vero quae viſum discernit eamque ob cauſam adſpectu ſplendida, lucens et nitida apparet olearium genus, pix et cicinum quod dicitur et oleum ipſum et quaecumque alia eiusdem facultatis; quaecumque autem diffundendi vim habet usque ad coitiones circa os, hac facultate dulcedinem praebens generale maxime nomen mellis habet; quod vero carnem disſolvit urendo ſpumoſum genus, ab omnibus ſeparatum ſuccis, liquor appellatur qui ὀπός graece dicitur.

De terra formis, ea quae per aquam ſtillat hoc modo fit corpus lapideum. aqua compacta, quum in permixtione pulſatur, transit in aëris ſpeciem, et aër quum factus eſt, ſuum in locum recurrit. nihil autem eorum vacuum exſtat; quocirca aërem vicinum pellit. hic autem, quia gravis eſt, pulſus et circumfuſus a terrae mole vehementer conſtringit et contrudit eam in ſedes unde adſcenderat novus aër. compulſa autem ab aëre terra ita ut ab aqua disſolvi nequeat exſiſtit ſaxum, idque pulchrius ſi pellucidum eſt et pares aequalesque partes habet, turpius ſi contra. quando vero ab ignis celeritate omne humidum aufertur rigidiusque concreſcit, exſiſtit id genus cui nomen imponimus argillae. nonnumquam vero humore relicto terra per ignem fuſilis facta, quum refrigerata eſt, lapis exſiſtit nigrum colorem habens. de iis porro quae ſecundum eadem haec e permixtione a multa aqua deſtituuntur, ex tenuioribus vero terrae partibus conſtant et falſa ſunt, quum ad dimidias concreverunt rurſusque disſolvi poſſunt ab aqua, unum genus olei et terrae purgandae vim habens nitrum factum eſt, et alterum, quod in communitatibus ad oris ſenſum ſpectantibus aptum concinnumque ſe praebet, ſalis exſtitit e legis ratione deo carum corpus. Communia vero ex utrisque ab aqua quidem disſolvi non poſſunt, ab igne autem hanc ob cauſam ita compinguntur. ter-

ξυμπήγνυται. γῆς ὄγκους πῦρ μὲν ἀήρ τε οὐ τήκει· τῆς γὰρ ξυστάσεως τῶν διακένων αὐτῆς σμικρομερέστερα πεφυκότα, διὰ πολλῆς εὐρυχωρίας ἰόντα, οὐ βιαζόμενα, ἄλυτον αὐτὴν ἐάσαντα, ἄτηκτον παρέσχε· τὰ δὲ ὕδατος ἐπειδὴ μείζω πέφυκε μέρη, βίαιον ποιούμενα τὴν διέξοδον, λύοντα αὐτὴν τήκει. γῆν μὲν * ἀξύστατον ὑπὸ βίας οὕτως ὕδωρ μόνον λύει, ξυνεστηκυῖαν δὲ πλὴν πυρὸς οὐδέν· εἴξοδος γὰρ οὐδενὶ πλὴν πυρὶ λέλειπται. τὴν δὲ ὕδατος αὖ ξύνοδον τὴν μὲν βιαιοτάτην πῦρ μόνον, τὴν δὲ ἀσθενεστέραν ἀμφότερα, πῦρ τε καὶ ἀήρ, διαχεῖτον, ὁ μὲν κατὰ τὰ διάκενα, τὸ δὲ καὶ κατὰ τὰ τρίγωνα. βίᾳ δὲ ἀέρα ξυστάντα οὐδὲν λύει πλὴν *) κατὰ τὸ στοιχεῖον, ἀβίαστον δὲ κατατήκει μόνον πῦρ. τὰ δὲ δὴ τῶν ξυμμίκτων ἐκ γῆς τε καὶ ὕδατος σωμάτων, μέχριπερ * ἂν ὕδωρ αὐτοῦ τὰ τῆς γῆς διάκενα καὶ βίᾳ ξυμπεπιλημένα κατέχῃ, τὰ μὲν ὕδατος ἐπιόντα ἔξωθεν εἴξοδον οὐκ ἔχοντα μέρη περιῤῥέοντα τὸν ὅλον ὄγκον ἄτηκτον εἴασε, τὰ δὲ πυρὸς εἰς τὰ τῶν ὑδάτων διάκενα εἰσιόντα, ὅπερ ὕδωρ γῆν, τοῦτο δὲ πῦρ ἀέρα ἀπεργαζομενα, τηχθέντι τῷ κοινῷ σώματι ῥεῖν μόνα αἴτια ξυμβέβηκε. τυγχάνει δὲ ταῦτα ὄντα, τὰ μὲν ἔλαττον ἔχοντα ὕδατος ἢ γῆς, τό τε περὶ τὴν ὕαλον γένος ἅπαν ὅσα τε λίθων χυτὰ εἴδη καλεῖται, * τὰ δὲ πλέον ὕδατος αὖ, πάντα ὅσα κηροειδῆ καὶ θυμιατικὰ σώματα ξυμπήγνυται.

Καὶ τὰ μὲν δὴ σχήμασι κοινωνίαις τε καὶ μεταλλαγαῖς εἰς ἄλληλα πεποικιλμένα εἴδη σχεδὸν ἐπιδέδεικται, τὰ δὲ παθήματα αὐτῶν δι' ἃς αἰτίας γέγονε πειρατέον ἐμφανίζειν ἡμᾶς. πρῶτον μὲν οὖν ὑπάρχειν αἴσθησιν δεῖ τοῖς λεγομένοις ἀεί. σαρκὸς δὲ καὶ τῶν περὶ σάρκα γένεσιν, ψυχῆς τε ὅσον θνητόν, οὔπω διεληλύθαμεν. τυγχάνει δὲ οὔτε ταῦτα * χωρὶς τῶν περὶ τὰ παθήματα ὅσα αἰσθητικά, οὔτ' ἐκεῖνα ἄνευ τούτων δυνατὰ ἱκανῶς λεχθῆναι· τὸ δὲ ἅμα σχεδὸν οὐ δυνατόν. ὑποθετέον δὴ πρότερον θάτερα, τὰ δ' ὕστερα ὑποτεθέντα ἐπάνιμεν αὖθις. ἵνα οὖν ἑξῆς τὰ παθήματα λέγηται τοῖς γένεσιν, ἔστω πρότερα ἡμῖν

61 B C D

*) Ἰσ. πάλιν.

rae moles ignis et aër non liquefaciunt; quia enim ex partibus conſtant vacuitatum eius coagmentatione minutioribus, per locos multos ſpatioſos progredientes, nec vim adhibentes, ſed ſinentes eam non diſſolutam, haud liquefactam eam praebent; aquae autem quia maiores ſunt partes, violentum facientes transitum, ſolvunt eam et liquefaciunt. terram quidem non compactam propter violentiam ita aqua ſola ſolvit, compactam vero praeter ignem nihil; introitus enim nulli niſi igni relinquitur. aquae quoque concretionem violentiſſimam quidem ignis ſolus, imbecilliorem vero ambo, ignis et aër, diffundunt, hic quidem ſecundum vacua, ille vero etiam ſecundum triangula. vi autem aërem concretum nihil reſolvit in elementum, non coactum autem vi liquefacit ſolus ignis. de corporibus autem e terra et aqua commixtis, quamdiu aqua terrae vacuitates vi compactas occupat, aquae quidem partes extrinſecus accedentes introitum non habent, ſed circumfluentes totam molem non liquefactam ſinunt, ignis autem partes in aquarum vacuitates intrantes, quia aërem ita afficit ignis ut aqua terram, ſolae efficiunt ut liquefactum commune corpus fluat. ſunt autem haec corpora, partim minus habentia aquae quam terrae, univerſum vitri genus et quaecumque lapidum ſpecies fuſiles dicuntur, partim plus aquae, omnia quaecumque cerae ſpeciem habentia et odorata compacta ſunt corpora.

Ac ſpecies quidem figurarum, communitatum et mutationum varietate diſtinctae ferme declaratae ſunt, affectiones autem earum quibus de cauſis eveniant conandum nobis patefacere. et primum quidem ſenſum ſemper oportet ſubeſſe his quae dicta ſunt. carnis et eorum quae ad carnem pertinent, itemque animi quantum mortalis eſt nondum expoſuimus ortum. ſunt autem neque haec ab affectionibus ſeparata ſub ſenſum cadentibus neque illae ſine his ſatis poſſunt explicari; quae quidem ſimul fieri nequeunt. proponenda igitur prius altera, et poſteriora quae propoſita ſunt perſequemur poſthac. ut igitur affectiones explicentur ortibus conſequentes,

τὰ περὶ τὸ σῶμα καὶ ψυχὴν ὄντα. Πρῶτον μὲν οὖν ᾗ πῦρ θερμὸν λέγομεν, ἴδωμεν ὧδε σκοποῦντες, τὴν διάκρισιν καὶ τομὴν αὐτοῦ περὶ τὸ σῶμα ἡμῶν γιγνομένην * ἐννοη- E
θέντες. ὅτι μὲν γὰρ ὀξύ τι τὸ πάθος, πάντες σχεδὸν αἰσθανόμεθα· τὴν δὲ λεπτότητα τῶν πλευρῶν καὶ γωνιῶν ὀξύτητα τῶν τε μορίων σμικρότητα καὶ τῆς φορᾶς τὸ τάχος, οἷς πᾶσι σφοδρὸν ὂν καὶ τομὸν ὀξέως τὸ προστυχὸν ἀεὶ τέμνει, λογιστέον ἀναμιμνησκομένοις * τὴν τοῦ σχήματος 62
αὐτοῦ γένεσιν, ὅτι μάλιστα ἐκείνη καὶ οὐκ ἄλλη φύσις διακρίνουσα ἡμῶν κατὰ σμικρά τε τὰ σώματα κερματίζουσα, τοῦτο ὃ νῦν θερμὸν λέγομεν, εἰκότως τὸ πάθημα καὶ τοὔνομα παρέσχε. Τὸ δ' ἐναντίον τούτῳ κατάδηλον μέν, ὅμως δὲ μηδὲν ἐπιδεὲς ἔστω λόγου. τὰ γὰρ δὴ τῶν περὶ τὸ σῶμα ὑγρῶν μεγαλομερέστερα εἰσιόντα, τὰ σμικρότερα ἐξωθοῦντα, εἰς τὰς ἐκείνων οὐ δυνάμενα * ἕδρας ἐνδῦναι, ξυνωθοῦντα B
ἡμῶν τὸ νοτερόν, ἐξ ἀνωμάλου κεκινημένου τε ἀκίνητον δι' ὁμαλότητα καὶ τὴν ξύνωσιν ἀπεργαζόμενα πήγνυσι· τὸ δὲ παρὰ φύσιν ξυναγόμενον μάχεται κατὰ φύσιν αὐτὸ ἑαυτὸ *)
εἰς τοὐναντίον ἀπωθοῦν. τῇ δὴ μάχῃ καὶ τῷ σεισμῷ τούτῳ τρόμος καὶ ῥῖγος ἐτέθη, ψυχρόν τε τὸ πάθος ἅπαν τοῦτο καὶ τὸ δρῶν αὐτὸ ἔσχεν ὄνομα. σκληρὸν δέ, ὅσοις ἂν ἡμῶν ἡ σὰρξ ὑπείκῃ· μαλακὸν δέ, ὅσα ἂν τῇ σαρκί· πρὸς ἄλληλά τε οὕτως. ὑπείκει δὲ ὅσον ἐπὶ σμικροῦ * βαίνει· τὸ δὲ C
ἐκ τετραγώνων ὂν βάσεων, ἅτε βεβηκὸς σφόδρα, ἀντιτυπώτατον εἶδος, ὅ τί τε ἂν εἰς πυκνότητα ξυνιὸν πλείστην ἀντίτονον ᾖ μάλισα. βαρὺ δὲ καὶ κοῦφον μετὰ τῆς κάτω φύσεως ἄνω τε λεγομένης ἐξεταζόμενον ἂν δηλωθείη σαφέστατα. φύσει γὰρ δή τινας τόπους δύο εἶναι διειληφότας διχῇ τὸ πᾶν, ἐναντίους, τὸν μὲν κάτω, πρὸς ὃν φέρεται πάνθ' ὅσα τινὰ ὄγκον σώματος ἔχει, τὸν δ' ἄνω, πρὸς ὃν ἀκουσίως ἔρχεται πᾶν, οὐκ ὀρθὸν οὐδαμῇ νομίζειν. τοῦ γὰρ παντὸς οὐρανοῦ * σφαιροειδοῦς ὄντος, ὅσα μὲν ἀφεστῶτα D

---

*) γρ. αὐτῷ.

ſunto priora nobis quae ad corpus et animum ſpectant. Primum igitur quomodo ignem calidum dicamus, videamus ita conſiderantes ut diſſolutionem et diviſionem eius in corpore noſtro factam ſpectemus. etenim acutam aliquam eſſe affectionem, omnes fere ſentimus; tenuitatem vero laterum et angulorum aciem et particularum parvitatem et agitationis celeritatem, quibus omnibus, quum acer ſit ſecandique vi praeditus, acute quicquid obvium ſit ſcindit, conſiderari oportet ita ut recordemur eius figurae ortum, quia maxime haec, alia nulla natura dividens corpora noſtra et minutas in partes diſpertiens, hanc quam nunc calidam dicimus convenienter et affectionem et appellationem praebet. Contrarium vero illius perſpicuum quidem, attamen oratione non careat. etenim humida quae grandiora humoribus corporis intrant et minora expellunt, in eorum autem ſedes non poſſunt intrare, contrudentia humidas noſtri partes et ex inaequalibus agitatisque immobiles propter aequalitatem et compreſſionem efficientia compingunt; contra naturam vero contractum repugnat ſecundum naturam ſe ipſum in contrarium detrudens. quae quidem pugna et concuſſio tremor et rigor, calida autem haec omnis affectio et id quod eam infert appellata ſunt. durum vocatur, cuicumque caro noſtra cedit; molle contra quod carni, et ita inter ſe. cedit autem quod in parvo inſiſtit; quod vero quadrangulas habet baſes, quippe firme inſiſtens, genus eſt maxime reluctans, et quicquid in denſitatem concretum plurimam prae ceteris reſiſtit. grave et leve ſi eo quod deorſum et ſurſum ferri dicitur iudicetur, clariſſime illuſtretur. natura enim duos quosdam eſſe locos bifariam diſtinguentes univerſum, eosque contrarios, unum quidem inferiorem, ad quem ferantur omnia quae molem quandam corporis habeant, alterum ſuperiorem, ad quem invita omnia moveantur, nullo modo recte ponitur. univerſum enim caelum quia globoſum eſt, quaecumque aequaliter abſunt a medio et

ἴσον τοῦ μέσου γέγονεν ἔσχατα, ὁμοίως αὐτὰ χρὴ ἔσχατα πεφυκέναι, τὸ δὲ μέσον τὰ αὐτὰ μέτρα τῶν ἐσχάτων ἀφεστηκὸς ἐν τῷ καταντικρὺ νομίζειν δεῖ πάντων εἶναι. τοῦ δὴ κόσμου ταύτῃ πεφυκότος τί τῶν *) εἰρημένων ἄνω τις ἢ κάτω τιθέμενος οὐκ ἐν δίκῃ δόξει τὸ μηδὲν προσῆκον ὄνομα λέγειν; ὁ μὲν γὰρ μέσος ἐν αὐτῷ τόπος οὔτε κάτω πεφυκὼς οὔτε ἄνω λέγεσθαι δίκαιος, ἀλλ' αὐτὸ ἐν μέσῳ· ὁ δὲ πέριξ οὔτε δὴ μέσος οὔτ' ἔχων διάφορον αὑτοῦ μέρος ἕτερον θατέρου μᾶλλον πρὸς τὸ μέσον ἢ τι τῶν καταντικρύ. τοῦ δὲ ὁμοίως πάντῃ πεφυκότος ποιά τις ἐπιφέρων ὀνόματα αὐτῷ ἐναντία καὶ πῇ καλῶς ἂν ἡγοῖτο λέγειν; εἰ γάρ τι καὶ στερεὸν εἴη κατὰ μέσον τοῦ παντὸς ἰσοπαλές, εἰς * οὐδὲν ἄν ποτε τῶν ἐσχάτων ἐνεχθείη διὰ τὴν πάντῃ 63
ὁμοιότητα αὐτῶν· ἀλλ' εἰ καὶ περὶ αὐτὸ πορεύοιτό τις ἐν κύκλῳ, πολλάκις ἂν στὰς ἀντίπους ταὐτὸν αὐτοῦ κάτω καὶ ἄνω προσείποι. τὸ μὲν γὰρ ὅλον, καθάπερ εἴπηται νῦν δή, σφαιροειδὲς ὂν τόπον τινὰ κάτω, τὸν δὲ ἄνω λέγειν ἔχειν οὐκ ἔμφρονος· ὅθεν δὲ ὠνομάσθη ταῦτα καὶ ἐν οἷς ὄντα εἰθίσμεθα δι' ἐκεῖνα καὶ τὸν οὐρανὸν ὅλον οὕτω διαιρούμενοι * λέγειν, ταῦτα διομολογητέον ὑποθεμένοις τάδ' ἡμῖν. B
εἴ τις ἐν τῷ τοῦ παντὸς τόπῳ καθ' ὃν **) ἡ τοῦ πυρὸς εἴληχε μάλιστα φύσις, οὗ καὶ πλεῖστον ἂν ἠθροισμένον εἴη, πρὸς ὃ φέρεται, ἐπαναβὰς ἐπ' ἐκεῖνο καὶ δύναμιν εἰς τοῦτο ἔχων, μέρη τοῦ πυρὸς ἀφαιρῶν ἴσᾳ, ἢ***) τιθεὶς εἰς πλάστιγγας, αἴρων τὸν ζυγὸν καὶ τὸ πῦρ ἕλκων εἰς ἀνόμοιον ἀέρα βιαζόμενος, δῆλον ὡς τοὐλαττόν που τοῦ μείζονος ῥᾷον βιᾶται· * ῥώμῃ γὰρ μιᾷ δυεῖν ἅμα μετεωριC
ζομένοιν τὸ μὲν ἔλαττον μᾶλλον, τὸ δὲ πλέον ἧττον ἀνάγκη που κατατεινόμενον ξυνέπεσθαι τῇ βίᾳ, καὶ τὸ μὲν πολὺ βαρὺ καὶ κάτω φερόμενον κληθῆναι, τὸ δὲ σμικρὸν ἐλαφρὸν καὶ ἄνω. ταὐτὸν δὴ τοῦτο δεῖ φωρᾶσαι δρῶντας ἡμᾶς περὶ τόνδε τὸν τόπον. ἐπὶ γὰρ γῆς βεβῶτες, γεώδη γένη διιστάμενοι καὶ γῆν ἐνίοτε αὐτὴν ἕλκομεν εἰς ἀνόμοιον

*) γρ. τῶν τι.
**) ἴσ. τόπῳ ὧν.
***) ἄλλ. ἰσταίη.

extrema exſtiterunt, pariter eſſe oportet extrema, et medium iisdem menſuris ab extremis diſtans e regione omnium eſſe exiſtimare debemus. mundus igitur quum ita natura comparatus ſit, quidnam dictorum ſuperius aliquis aut inferius ponens non iure videbitur nomen minime conveniens dicere? medius enim in eo locus neque inferior natura neque ſuperior recte dici poteſt, ſed ipſo in medio, et qui circumcirca eſt, neque medius neque partem ſui habens aliam alia magis differentem ad medium vel eorum aliquid quae e regione poſita ſunt. ei vero quod aequaliter usquequaque natura ſe habet qualia quis imponens contraria et quomodo recte ſe exiſtimaverit dicere? nam ſi quid etiam ſolidum fuerit in medio univerſi aequali, ad nullum umquam extremorum declinaverit propter perfectam eorum aequalitatem; atque ſi quis etiam circa illud proficiſcatur in orbem, ſaepius adverſis veſtigiis ſtans eandem eius partem inferiorem et ſuperiorem dicat. univerſitatem enim, quemadmodum modo diximus, quum globoſa ſit, locum aliquem inferiorem aliumque ſuperiorem habere haud prudentis eſt dicere. unde vero nominata ſint haec et in quibus ſpectantes conſueverimus propter haec etiam caelum univerſum ita diſtinguere et dicere, de hoc conveniat inter nos oportet haec ponentes. ſi quis in eum univerſi locum quem ignis maxime obtinet natura, ubi etiam maxima eius copia collecta eſt et quo fertur, adſcendens vimque in eum habens, ignis partes auferat et ponderet, in lancibus eas ponens, libram attollens ignemque attrahens ad diſſimilem aërem vi cogens, perſpicuum fuerit minorem maiore facilius eum coacturum eſſe; vi enim una duobus ſimul ſublatis, minus magis, plus vero minus neceſſe eſt intendi vimque ſequi, et multum quidem grave dici et quod deorſum feratur, exiguum vero leve et quod ſurſum tendat. idem igitur hoc deprehendi nos oportet facientes quod ad huncce locum attinet. in terra enim inſiſtentes et terrena genera diſtinguentes etiam

ἀέρα βίᾳ καὶ παρὰ φύσιν, ἀμφότερα τοῦ ξυγγενοῦς ἀντεχόμενα. * τὸ δὲ σμικρότερον ῥᾷον τοῦ μείζονος βιαζομένοις D
εἰς τὸ ἀνόμοιον πρότερον ξυνέπεται· κοῦφον οὖν αὐτὸ προσειρήκαμεν, καὶ τὸν τόπον εἰς ὃν βιαζόμεθα ἄνω, τὸ δ' ἐναντίον τούτοις πάθος βαρὺ καὶ κάτω. ταῦτ' οὖν δὴ διαφόρως ἔχειν αὐτὰ πρὸς αὑτὰ ἀνάγκη διὰ τὸ τὰ πλήθη τῶν γενῶν τόπον ἐναντίον ἀλλήλοις *) κατέχειν· τὸ γὰρ ἐν ἑτέρῳ κοῦφον ὂν τόπῳ τῷ κατὰ τὸν ἐναντίον τόπον ἐλαφρῷ καὶ τὸ βαρὺ τῷ βαρεῖ τῷ τε κάτω τὸ κάτω καὶ τὸ ἄνω τῷ
* ἄνω πάντ' ἐναντία καὶ πλάγια καὶ πάντως διάφορα πρὸς E
ἄλληλα ἀνευρεθήσεται **) γιγνόμενα καὶ ὄντα· τόδε γε μὴν ἕν τι διανοητέον περὶ πάντων αὐτῶν, ὡς ἡ μὲν πρὸς τὸ ξυγγενὲς ὁδὸς ἑκάστοις οὖσα βαρὺ μὲν τὸ φερόμενον ποιεῖ, τὸν δὲ τόπον εἰς ὃν τὸ τοιοῦτον φέρεται κάτω, τὰ δὲ τούτοις ἔχοντα ὡς ἑτέρως θάτερα. περὶ δὴ τούτων αὖ τῶν παθημάτων ταῦτα αἴτια εἰρήσθω. λείου δ' αὖ καὶ τραχέος παθήματος αἰτίαν πᾶς που κατιδὼν καὶ ἑτέρῳ δυνατὸς ἂν εἴη λέγειν· σκληρότης γὰρ ἀνωμαλότητι μιχθεῖσα, τὸ δ'
* ὁμαλότης πυκνότητι παρέχεται. 64

Μέγιστον δὲ καὶ λοιπὸν τῶν κοινῶν περὶ ὅλον τὸ σῶμα παθημάτων τὸ τῶν ἡδέων καὶ τῶν ἀλγεινῶν αἴτιον ἐν οἷς διεληλύθαμεν καὶ ὅσα διὰ τῶν τοῦ σώματος μορίων αἰσθήσεις κεκτημένα καὶ λύπας ἐν αὐτοῖς ἡδονάς θ' ἅμα ἑπομένας ἔχει. ὧδ' οὖν κατὰ παντὸς αἰσθητοῦ καὶ ἀναισθήτου παθήματος τὰς αἰτίας λαμβάνωμεν, ἀναμιμνησκόμενοι τὸ τῆς εὐκινήτου τε * καὶ δυσκινήτου φύσεως ὅτι διειλόμεθα B
ἐν τοῖς πρόσθεν· ταύτῃ γὰρ δὴ ***) μεταδιωκτέον πάντα ὅσα ἐπινοοῦμεν ἐλεῖν. τὸ μὲν γὰρ †) κατὰ φύσιν εὐκίνητον, ὅταν καὶ βραχὺ πάθος εἰς αὐτὸ ἐμπίπτῃ, διαδίδωσι κύκλῳ μόρια ἕτερα ἑτέροις ταὐτὸν ἀπεργαζόμενα, μέχριπερ ἂν ἐπὶ τὸ φρόνιμον ἐλθόντα ἐξαγγείλῃ τοῦ ποιήσαντος τὴν δύναμιν· τὸ δ' ἐναντίον ἕδραιον ὂν κατ' οὐδένα τε κύκλον ἰὸν πάσχει μόνον, ἄλλο δὲ οὐ κινεῖ τῶν πλησίον ††), ὥστε οὐ διαδιδόντων μορίων * μορίοις ἄλλων ἄλλοις τὸ πρῶτον πά- C

*) ἄλλ. ἄλλα ἄλλοις. **) γρ. ἂν εὑρεθήσεται.
***) γρ. γὰρ. †) γρ. τὸ γὰρ. ††) γρ. πλησίων.

terram nonnumquam ipſam trahimus in diſimilem aërem vi et praeter naturam, quum ambo cognatum appetant. minus vero facilius maiore et prius vi coactum ad diſimile ſequitur; et leve id diximus locumque ad quem cogimus ſuperiorem, contra autem affectum grave et locum inferiorem. haec igitur diverſo modo ſe habere ad ſe ipſa neceſſe eſt propterea quod multitudines generum locum inter ſe contrarium obtinent; nam in altero loco leve ei quod in contrario eſt levi, grave gravi, inferiori inferius et ſuperius ſuperiori oppoſita et obliqua et prorſus diverſa inter ſe reperiemus et fieri et eſſe; hoc tamen unum ſtatuendum de his omnibus, viam quae quidque ad cognatum ducat grave efficere id quod feratur, et locum in quem id feratur inferiorem, ea autem quae aliter ſe habeant, alia eſſe. et harum quidem affectionum haec dictae ſunto cauſae. levis porro et aſperae affectionis cauſam quilibet qui perſpectam habuerit etiam alteri potuerit dicere; hanc enim duricies cum inaequalitate commixta, illam vero aequalitas cum denſitate coniuncta efficit.

Maxima reſtat communium totius corporis affectionum, iucundarum et acerbarum, cauſa in iis quae expoſuimus et quaecumque per corporis partes ſenſus nanciſcuntur et dolores in ſemet ipſis ſimulque voluptates habent comites. ita igitur omnium quae ſub ſenſum cadunt vel eum fugiunt affectionum cauſas percipiamus, recordati naturam nos quae facile movetur et quae difficile ſupra diſtinxiſſe; hac enim ratione inveſtiganda ſunt omnia quae cogitamus aſſequi. in id videlicet quod natura facile movetur quando etiam brevis affectio incidit, transfundunt eam circumcirca partes aliae in alias idem efficientes, dum ad prudentem partem delatae vim eius quod illam iniecit nuncient; contrarium vero quod ſtabile eſt nullumque per orbem progreditur, patitur tantummodo, nec ullam movet vicinarum partium, ut, aliis partibus in alias eam non transfundentibus, prima

θος ἐν αὐτοῖς ἀκίνητον εἰς τὸ πᾶν ζῶον γενόμενον ἀναίσθητον παρέσχε τὸ παθόν. ταῦτα δὲ περί τε ὀστᾶ καὶ τρίχας ἐστὶ καὶ ὅσα ἄλλα γήϊνα τὸ πλεῖστον ἔχομεν ἐν ἡμῖν μόρια· τὰ δὲ ἔμπροσθεν περὶ τὰ τῆς ὄψεως καὶ ἀκοῆς μάλιστα, διὰ τὸ πυρὸς ἀέρος τε ἐν αὐτοῖς δύναμιν ἐνεῖναι μεγίστην. τὸ δὴ τῆς ἡδονῆς καὶ λύπης ὧδε δεῖ διανοεῖσθαι. τὸ μὲν παρὰ φύσιν καὶ * βίαιον γιγνόμενον ἀθρόον παρ' D ἡμῖν πάθος ἀλγεινόν, τὸ δ' εἰς φύσιν ἀπιὸν πάλιν ἀθρόον ἡδύ *), τὸ δ' ἐναντίον τούτοις ἐναντίως. τὸ δὲ μετ' εὐπετείας γιγνόμενον ἅπαν αἰσθητὸν μὲν ὅτι μάλιστα, λύπης δὲ καὶ ἡδονῆς οὐ μετέχον, οἷον τὰ περὶ τὴν ὄψιν αὐτὴν παθήματα, ἢ **) δὴ σῶμα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐρρήθη καθ' ἡμέραν ξύμφυες ἡμῶν ***) γίγνεσθαι. ταύτῃ γὰρ τομαὶ μὲν καὶ καύσεις καὶ ὅσα ἄλλα * πάσχει****) λύπας οὐκ ἐμποιοῦ- E σιν, οὐδὲ ἡδονὰς πάλιν ἐπὶ ταὐτὸν ἀπιούσης εἶδος, μέγιστα δὲ αἰσθήσεις καὶ σαφέσταται καθότι τ' ἂν πάθῃ καὶ ὅσων ἂν αὐτή πῃ προσβάλλουσα ἐφάπτηται· βία γὰρ τὸ πάμπαν οὐκ ἔνι τῇ διακρίσει τε αὐτῆς καὶ ξυγκρίσει. τὰ δὲ ἐκ μειζόνων μερῶν σώματα μόγις εἴκοντα τῷ δρῶντι, διαδιδόντα δὲ εἰς ὅλον τὰς κινήσεις, ἡδονὰς ἴσχει καὶ λύπας, ἀλλοτριούμενα μὲν λύπας, * καθιστάμενα δὲ εἰς ταὐτὸν πάλιν ἡδονάς. ὅσα δὲ κατὰ 65 σμικρὸν τὰς ἀποχωρήσεις ἑαυτῶν καὶ κενώσεις εἴληφε, τὰς δὲ πληρώσεις ἀθρόας καὶ κατὰ μεγάλα, κενώσεως μὲν ἀναίσθητα, πληρώσεως δὲ αἰσθητικὰ γιγνόμενα, λύπας μὲν οὐ παρέχει τῷ θνητῷ τῆς ψυχῆς, μεγίστας δὲ ἡδονάς· ἔστι δ' ἔνδηλα περὶ τὰς εὐωδίας. ὅσα δὲ ἀπαλλοτριοῦται μὲν ἀθρόα, κατὰ σμικρὰ δὲ μόγις τε εἰς ταὐτὸν πάλιν ἑαυτοῖς καθίσταται, * τοὐναντίον B τοῖς ἔμπροσθεν πάντα ἀποδίδωσι· ταῦτα δ' αὖ περὶ τὰς καύσεις καὶ τομὰς τοῦ σώματος γιγνόμενά ἐστι κατάδηλα.

Καὶ τὰ μὲν δὴ κοινὰ τοῦ σώματος παντὸς παθήματα, τῶν τε ἐπωνυμιῶν ὅσαι τοῖς δρῶσιν αὐτὰ γεγόνασι, σχεδὸν εἴρηται· τὰ δ' ἐν ἰδίοις μέρεσιν ἡμῶν γιγνόμενα, τά τε πά-

---

(*) ἄλλ. ἡδύ, τὸ δὲ ῥῆμα καὶ κατὰ σμικρὸν ἀναίσθητον. **) γρ. ᾗ. ***) ἴσ. τῷ καθ' ἡμέραν φωτὶ ξυμφυὲς ἡμῖν. ****) ἴσ. ὅσα ἄλλα τι πάσχει.

affectio in iis immobilis totum in animal influens ſenſus expers exhibeat id quod afficitur. haec autem oſſibus et crinibus aliisque omnibus accidunt quae terrena maximam partem in nobis habemus; ſuperiora autem viſui et auditui maxime, quia ignis et aëris in his maxima vis ineſt. de voluptate igitur et dolore hoc oportet ſentiri. affectio quidem a natura averſa et violenta copioſe ad nos affluens acerba, ad naturam revertens itidem copioſe iucunda, contraria vero harum contrario ſe modo habet. quaecumque autem magna cum facilitate obtingit, ſenſum quidem movet quam maxime, doloris vero et voluptatis expers eſt, velut oculorum ipſorum affectiones, quos quidem corpus ſupra diximus luci diurnae cognatum nobis exſtitiſſe. his enim inciſiones et uſtiones et quaecumque alia quid patitur dolores non iniiciunt, neque etiam voluptates quum in eandem revertitur ſpeciem, maximi autem ſenſus et clariſſimi moventur, quatenus afficiuntur ipſique forte in aliquid incurrunt idque attingunt; violentia enim nulla ineſt in eorum ſecretione et concretione. corpora autem e maioribus partibus conflata vix cedentia ei quod afficit, et in totum transfundentia motus, voluptates habent et dolores, de ſtatu quidem deducta dolores, reſtituta vero in eundem voluptates. quaecumque autem paullatim feceſſiones et vacuitates ſui accipiunt, expletiones autem copioſas et continuo, expletionem non ſentientia, expletionem vero percipientia, dolores nullos afferunt mortali animi parti, ſummas vero voluptates; quod quidem intelligitur e ſuavibus odoribus. quaecumque vero alienantur ſimul, paullatim vero et vix in priſtinum ſuum ſtatum reſtituuntur, contra atque ſuperiora omnia exhibent; haec quoque in uſtionibus et inciſionibus corporis ſunt manifeſta.

Iam communes quidem corporis cuiusque affectiones et nomina iis indita quae eas efficiunt fere expoſita ſunt; quae vero in propriis noſtri partibus accidunt af-

θη καὶ τὰς αἰτίας τῶν δρώντων αὐτά, πειρατέον εἰπεῖν, ἄν πῃ δυνώμεθα. * πρῶτον μὲν οὖν ὅσα τῶν χυμῶν πέρι C λέγοντες ἐν τοῖς πρόσθεν ἀπελίπομεν, ἴδι' ὄντα παθήματα περὶ τὴν γλῶτταν, ἐμφανιστέον ᾗ δυνατόν. φαίνεται δὲ καὶ ταῦτα, ὥσπερ οὖν καὶ τὰ πολλά, διὰ ξυγκρίσεών τέ τινων καὶ διακρίσεων γίγνεσθαι, πρὸς δὲ αὐταῖς κεχρῆσθαι μᾶλλόν τι τῶν ἄλλων τραχύτησί τε καὶ λειότησιν. ὅσα μὲν γὰρ εἰσιόντα περὶ τὰ φλέβια, οἷόνπερ δοκίμια †) τῆς γλώττης τεταμένα ἐπὶ τὴν * καρδίαν, εἰς τὰ νοτερὰ τῆς σαρ- D κὸς καὶ ἁπαλὰ ἐμπίπτοντα γήϊνα μέρη κατατηκόμενα ξυνάγει τὰ φλέβια καὶ ἀποξηραίνει, τραχύτερα μὲν ὄντα στρυφνά, ἧττον δὲ τραχύνοντα αὐστηρὰ φαίνεται. τὰ δὲ τούτων τε ῥυπτικὰ καὶ πᾶν τὸ περὶ τὴν γλῶτταν ἀποπλύνοντα πέρα μὲν τοῦ μετρίου τοῦτο δρῶντα καὶ προσεπιλαμβανόμενα, ὥστε ἀποτήκειν αὐτῆς τι τῆς φύσεως, οἷον ἡ τῶν λίτρων δύναμις, πικρὰ πάνθ' οὕτως * ὠνόμασται· τὰ δὲ ὑποδεέστε- E ρα τῆς λιτρώδους ἕξεως ἐπὶ τὸ μέτριόν τε τῇ ῥύψει χρώμενα ἁλυκὰ ἄνευ πικρότητος τραχείας καὶ φίλα μᾶλλον ἡμῖν φαντάζεται. τὰ δὲ τῇ τοῦ στόματος θερμότητι κοινωνήσαντα καὶ λειαινόμενα ὑπ' αὐτοῦ, ξυνεκπυρούμενα καὶ πάλιν αὐτὰ ἀντικάοντα τὸ διαθερμῆναν, φερόμενά τε ὑπὸ κουφότητος ἄνω πρὸς τὰς τῆς κεφαλῆς αἰσθήσεις, τέμνοντά τε πάνθ' ὅσοις *) ἂν προσπίπτῃ, διὰ ταύτας * τὰς δυνάμεις δριμέα 66 πάντα τὰ τοιαῦτα ἐλέχθη. τῶν δὲ αὐτῶν προλελεπτυσμένων μὲν ὑπὸ σηπεδόνος, εἰς δὲ τὰς στενὰς φλέβας ἐνδυομένων, καὶ τοῖς ἐνοῦσιν αὐτόθι μέρεσι γεώδεσι καὶ ὅσα ἀέρος ξυμμετρίαν ἔχοντα **), ὥστε κινήσαντα περὶ ἄλληλα ποιεῖν κυκᾶσθαι, κυκώμενα δὲ περιπίπτειν τε καὶ εἰς ἕτερα ἐνδυόμενα ἕτερα κοῖλα ἀπεργάζεσθαι, περιτεινόμενα τοῖς εἰσιοῦσιν — ἃ δὴ νοτίδος περὶ * ἀέρα κοίλης περιταθείσης, τοτὲ B μὲν γεώδους, τοτὲ δὲ καὶ καθαρᾶς, νοτερὰ ἀγγεῖα ἀέρος ὕδατα κοῖλα περιφερῆ τε γενέσθαι, καὶ τὰ μὲν τῆς καθαρᾶς διαφανεῖς περιστῆναι, κληθείσας ὄνομα πομφόλυγας, τὰ δὲ τῆς γεώδους, ὁμοῦ κινουμένης τε καὶ αἰρομένης, ζέσιν τε

†) ἄλλ. δοκιμεῖα. *) ἄλλ. ὁπόσοις. **) ἴσ. ἐχόντων.

fectiones et cauſas eorum quae illas afferunt conandum dicere, ſi qua potuerimus; ac primum quidem quae de humoribus agentes in ſuperioribus praetermiſimus, proprias illas quidem linguae affectiones, patefacienda quoad eius fieri poterit. videntur autem haec quoque, ſicut pleraque, per concretiones quasdam et ſecretiones fieri, et praeter has multo magis quam reliqua aſperitatibus et levitatibus uti. quaecumque enim intrantia in venas, quae tamquam probationes linguae ad cor extenduntur, et in humidas mollesque carnis partes incidentia, easque terrenas liquefactas, contrahunt venas et exſiccant, ea, ſi aſperiora ſunt, acerba, minus vero aſpera auſtera ſe exhibent, ex his autem quae purgant omniaque linguae adhaerentia abluunt, ſi ultra modum id faciunt et inſuper aſſumunt ut de ipſa natura aliquid liquefaciant et conſumant, velut nitri vis, amara omnia haec appellata ſunt; ea contra quae moderatiora ſunt nitri habitu leniusque abluunt ſalſa ſine amaritudine aſpera grataque magis nobis videntur. quae vero calorem cum ore communicant, ab eo emolliuntur, ſimul exardeſcunt rurſusque incendunt id quod calefacit, pro levitate ſua ſurſum feruntur ad capitis ſenſus, omniaque ſecant in quae incidunt, propter has vires acria omnia haec dicuntur. de iisdem vero quae ante extenuantur a putredine et in anguſtas venas ingrediuntur partibusque ibi exſtantibus terrenis et aëriis convenienter ſe habent, ita ut motu ſuo efficiant ut illae inter ſe confundantur, confuſae inter ſe incurrant et in alias ingreſſae alias cavas efficiant circum eas tenſas quae intrant—quippe humore circum aërem cavo tenſo, modo terreno modo etiam puro, humida receptacula aëris aquae cavae et globoſae fiunt, et ex puro quidem humore quae oriuntur pellucida evadunt bullaeque nominantur, quae vero e terreno, ſimul agitato et ſubla-

καὶ ξύμωσιν ἐπίκλην λεχθῆναι *) — τὸ δὲ τούτων αἴτιον τῶν παθημάτων ὀξὺ προσρηθῆναι. ξύμπασι δὲ τοῖς περὶ ταῦτα εἰρημένοις πάθος ἐναντίον ἀπ' ἐναντίας ἐστὶ προφάσεως· * ὁπόταν ἡ τῶν εἰσιόντων ξύστασις ἐν ὑγροῖς, οἰκεία τῇ C τῆς γλώττης ἕξει πεφυκυῖα, λειαίνῃ μὲν ἐπαλείφουσα τὰ τραχυνθέντα, τὰ δὲ παρὰ φύσιν ξυνεστῶτα ἢ κεχυμένα τὰ μὲν ξυνάγῃ, τὰ δὲ χαλᾷ, καὶ πάνθ' ὅτι μάλιστα ἱδρύῃ κατὰ φύσιν, ἡδὺ καὶ προσφιλὲς παντὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἴαμα τῶν βιαίων παθημάτων γιγνόμενον κέκληται γλυκύ.

Καὶ τὰ μὲν δὴ ταύτῃ ταῦτα· περὶ δὲ δὴ τὴν *τῶν μυ- D κτήρων δύναμιν εἴδη μὲν οὐκ ἔνι· τὸ γὰρ τῶν ὀσμῶν πᾶν ἡμιγενές· εἴδει δὲ οὐδενὶ ξυμβέβηκε ξυμμετρία πρὸς τό τινα σχεῖν ὀσμήν. ἀλλ' ἡμῶν αἱ περὶ ταῦτα φλέβες πρὸς μὲν τὰ γῆς ὕδατός τε γένη στενώτεραι ξυνέστησαν, πρὸς δὲ τὰ πυρὸς ἀέρος τε εὐρύτεραι· διὸ τούτων οὐδεὶς οὐδενὸς ὀσμῆς πώποτε ἥσθετό τινος, ἀλλ' ἀεὶ βρεχομένων ἢ σηπομένων ἢ τηκομένων ἢ θυμιωμένων * γίγνονταί τινων· μεταβάλλον- E τος γὰρ ὕδατος εἰς ἀέρα ἀέρος τε εἰς ὕδωρ ἐν τῷ μεταξὺ τούτων γεγόνασιν, εἰσί τε ὀσμαὶ ξύμπασαι καπνὸς ἢ ὁμίχλη· τούτων δὲ τὸ μὲν ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ ἰὸν ὁμίχλη, τὸ δὲ ἐξ ὕδατος εἰς ἀέρα καπνός. ὅθεν λεπτότεραι μὲν ὕδατος, παχύτεραι δὲ ὀσμαὶ ξύμπασαι γεγόνασιν ἀέρος. δηλοῦνται δέ, ὁπόταν τινὸς ἀντιφραχθέντος περὶ τὴν ἀναπνοὴν ἄγῃ τις βίᾳ τὸ πνεῦμα εἰς αὐτόν· τότε γὰρ ὀσμὴ μὲν οὐδεμία ξυνδιηθεῖται, τὸ δὲ πνεῦμα τῶν ὀσμῶν ἐρημωθὲν αὐτὸ μόνον ἔπεται. δύ'** οὖν ταῦτα ἀνώνυμα τὰ τούτων *ποικίλματα γέ- 67 γονεν, οὐκ ἐκ πολλῶν οὐδ' ἁπλῶν εἰδῶν ὄντα, ἀλλὰ διχῇ τό θ' ἡδὺ καὶ τὸ λυπηρὸν αὐτόθι μόνω διαφανῆ λέγεσθον, τὸ μὲν τραχῦνόν τε καὶ βιαζόμενον τὸ κύτος ἅπαν, ὅσον ἡμῶν μεταξὺ κορυφῆς τοῦ τε ὀμφαλοῦ κεῖται, τὸ δὲ ταὐτὸν τοῦτο καταπραῦνον καὶ πάλιν ᾗ πέφυκεν ἀγαπητῶς ἀποδιδόν.

Τρίτον δὲ αἰσθητικὸν ἐν ἡμῖν μέρος ἐπισκοποῦσι τὸ περὶ

---

*) γρ. κληθῆναι.
**) γρ. διά.

to, fervere et fermentari dicuntur — has igitur affectiones quod affert id acidum appellatur. omnium vero de his dictorum contraria affectio contrariam habet cauſam; etenim quando intrantium coagmentatio in humidis, natura illa quidem conveniens linguae habitui, mollit demulcendo exaſperata, et praeter naturam concreta laxat aut diffuſa contrahit omniaque quam maxime ſecundum naturam conſtituit, omne hoc quod iucunda et cuique accepta violentarum affectionum medicina eſt, dulce vocatur.

Atque haec quidem ita ſe habent; quod vero ad narium vim attinet, nullae ſunt in ea ſpecies; odores enim omnes dimidiati ſunt generis; et nulli ſpeciei obtingit, ea convenientia ut odorem aliquem habeat. ſed noſtrae circa haec venae ad terrae et aquae genera anguſtiores, ad ignis vero et aëris genera latiores factae ſunt; quocirca nemo umquam ullius horum odorem percepit aliquem, ſed ſemper ſi madefacta vel putrefacta vel liqueſacta vel ſuffita ſunt odores exſiſtunt; quum enim aqua in aërem et aër in aquam mutatur, in his mediis exſiſtunt, ſuntque odores omnes ad unum fumus vel nebula, et horum quidem quod ex aëre in aquam transit nebula, quod vero ex aqua in aërem fumus. unde tenuiores quidem aquae, craſſiores vero odores omnes ſunt aëris. quod quidem perſpicitur, quando, ſi quid reſpirationem obſtruit, ſpiritum vi in te traxeris; tum enim odor quidem nullus una transfunditur, ſpiritus vero ab odoribus deſtitutus ſolus ſequitur. duae igitur hae illorum varietates ſunt nomine carentes, non e multis neque e ſimplicibus profectae formis, ſed biſariam, ſuavis una, altera acerba, ibi ſolae conſpicuae dicuntur, haec quidem exaſperans et violans complexum totum, qui inter verticem et umbilicum interiectus eſt, illa vero eundem hunc mitigans iucundeque in ſtatum naturae convenientem reſtituens.

Tertiam vero in nobis partem ſentiendi vi praedi-

τὴν ἀκοήν, δι' ἃς αἰτίας * τὰ περὶ αὐτὸ ξυμβαίνει πα- B
θήματα, λεκτέον. ὅλως μὲν οὖν φωνὴν θῶμεν τὴν δι'
ὤτων ὑπ' ἀέρος ἐγκεφάλου τε καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς
πληγὴν διαδιδομένην, τὴν δὲ ὑπ' αὐτῆς κίνησιν, ἀπὸ τῆς
κεφαλῆς μὲν ἀρχομένην, τελευτῶσαν δὲ περὶ τὴν τοῦ ἥπα-
τος ἕδραν, ἀκοήν· ὅση δ' αὐτῆς ταχεῖα, ὀξεῖαν, ὅση δὲ βρα-
δυτέρα, βαρυτέραν· τὴν δὲ μίαν*) ὁμαλήν τε καὶ λείαν, τὴν
δ' ἐναντίαν * τραχεῖαν· μεγάλην δὲ τὴν πολλήν, ὅση δ' G
ἐναντία, σμικράν. τὰ δὲ περὶ **) ξυμφωνίας αὐτῶν ἐν τοῖς
ὕστερον λεχθησομένοις ἀνάγκη ῥηθῆναι.

Τέταρτον δὴ λοιπὸν ἔτι γένος ἡμῖν αἰσθητικόν, ὃ διε-
λέσθαι δεῖ συχνὰ ἐν ἑαυτῷ ποικίλματα κεκτημένον, ἃ
ξύμπαντα μὲν χρόας ἐκαλέσαμεν, φλόγα τῶν σωμάτων
ἑκάστων ἀπορῥέουσαν, ὄψει ξύμμετρα μόρια ἔχουσαν πρὸς
αἴσθησιν. ὄψεως δὲ ἐν τοῖς πρόσθεν αὐτῶν περὶ τῶν αἰτίων
τῆς * γενέσεως ἐῤῥήθη. τῇδ' οὖν τῶν χρωμάτων πέρι μά- D
λιστα εἰκὸς πρέποι τ' ἂν ἐπιεικεῖ λόγῳ διεξελθεῖν, τὰ
φερόμενα ἀπὸ τῶν ἄλλων μορίων †) ἐμπίπτοντά τε εἰς τὴν
ὄψιν τὰ μὲν ἐλάττω, τὰ δὲ μείζω, τὰ δ' ἴσα τοῖς αὐτῆς
τῆς ὄψεως μέρεσιν εἶναι. τὰ μὲν οὖν ἴσα ἀναίσθητα, ἃ δὴ καὶ
διαφανῆ λέγομεν, τὰ δὲ μείζω καὶ ††) ἐλάττω, τὰ μὲν ξυγκρίνον-
τα, τὰ δὲ διακρίνοντα αὐτήν, τοῖς περὶ τὴν σάρκα θερμοῖς καὶ
ψυχροῖς καὶ τοῖς περὶ τὴν γλῶτταν * στρυφνοῖς καὶ ὅσα θερ- E
μαντικὰ ὄντα δριμέα ἐκαλέσαμεν ἀδελφὰ εἶναι, τά τε λευκὰ καὶ
τὰ μέλανα, ἐκείνων παθήματα γεγονότα ἐν ἄλλῳ γένει
ταὐτά, φανταζόμενα δὲ ἄλλα διὰ ταύτας τὰς αἰτίας. οὕ-
τως οὖν αὐτὰ προρρητέον, τὸ μὲν διακριτικὸν τῆς ὄψεως
λευκόν, τὸ δ' ἐναντίον αὐτοῦ μέλαν, τὴν δ' ὀξυτέραν
φορὰν καὶ γένους πυρὸς ἑτέρου προσπίπτουσαν καὶ δια-
κρίνουσαν τὴν ὄψιν μέχρι τῶν ὀμμάτων, αὐτάς τε τῶν
ὀφθαλμῶν τὰς διεξόδους βίᾳ διωθοῦσαν καὶ τήκουσαν,
* πῦρ μὲν καὶ ὕδωρ ἀθρόον, ὃ δάκρυον καλοῦμεν, ἐκεῖθεν ἐκχέ- 68
ουσαν, αὐτὴν δὲ οὖσαν πῦρ, ἐξ ἐναντίας ἁπαντῶσαν, καὶ τοῦ
μὲν ἐκπηδῶντος πυρὸς οἷον ἀπ' ἀστραπῆς, τοῦ δ' εἰσιόντος

*) ἄλλ. ὁμοίαν. **) γρ. τὰς δὲ πέρι ξ.
†) ἄλλ. μόρια. ††) γρ. ἢ.

tam, auditum, conſiderantibus exponendum eſt, quibus e cauſis eius affectiones exſiſtant. in univerſum igitur vocem ponamus ictum eſſe ab aëre per aures excitatum cerebri et ſanguinis usque ad animum transfuſum, et motionem ab eo excitatam, a capite exordientem et in iecoris ſede definentem, auditum, eamque quae velox, acutam, quae vero tardior, graviorem; et unam quidem aequalem et lenem, contrariam vero aſperam; magnam porro ingentem, contrariam parvam. de concentu autem earum in iis quae infra dicenda ſunt exponi oportet.

Quartum iam reſtat adhuc genus nobis ſentiendi vi praeditum, quod explicari oportet multas in ſe varietates habens, quas omnes ad unum colores nominavimus, flammam e corporibus quibusque effluentem, viſui congruentes partes habentem ad ſenſum. de ipſis vero cauſis quae viſum produxerunt ſupra expoſitum eſt. itaque de coloribus maxime convenit ac decet oratione conſentanea diſſerere, ea quae ceteris partibus ferantur et in viſum incurrant partim minora, partim maiora, partim aequalia eſſe ipſius viſus partibus. et aequalia quidem ſub ſenſum non cadunt, quae etiam pellucida dicimus, maiora autem et minora, contrahentia et discernentia viſum, eis quae ad carnem calida et frigida et ad linguam acerba ſunt et quaecumque calefaciendi vi praedita nominavimus acria, cognata ſunt, alba et nigra, quae illorum ſunt affectiones in alio genere eaedem, videntur autem aliae propter has cauſas. ita igitur illa appellanda ſunt, id quod viſum discernit album, et contrarium eius nigrum; vehementiorem autem motionem, eamque alius generis ignis, incidentem, viſum usque ad oculos discernentem ipſasque oculorum vias dispellentem vi atque liquefacientem, quae ignem quidem ſimulque aquam, quam lacrymam dicimus, inde effundit, ipſa vero ignis eſt, ex adverſo occurrens, quo partim exſiliente velut a fulgure partim ingrediente et in

καὶ περὶ τὸ νοτερὸν κατασβεννυμένου, παντοδαπῶν ἐν τῇ κυκήσει ταύτῃ γιγνομένων χρωμάτων, μαρμαρυγὰς μὲν τὸ πάθος προσείπομεν, τὸ δὲ τοῦτο ἀπεργαζόμενον λαμπρόν τε καὶ στίλβον ἐπωνομάσαμεν. τὸ δὲ τούτων αὖ μεταξὺ πυρὸς *γένος, πρὸς μὲν τὸ τῶν ὀμμάτων ὑγρὸν ἀφικνούμενον καὶ κεραννύμενον αὐτῷ, στίλβον δὲ οὔ, τῇ δὲ διὰ τῆς νοτίδος αὐγῇ τοῦ πυρὸς μιγνυμένῃ χρῶμα ἔναιμον παρασχομένῃ *), τοὔνομα ἐρυθρὸν λέγομεν· λαμπρόν τε ἐρυθρῷ λευκῷ τε μιγνύμενον ξανθὸν γέγονε· τὸ δ' ὅσον μέτρον ὅσοις, οὐδ' εἴ τις εἰδείη, νοῦν ἔχοι **) τὸ λέγειν, ὧν μήτε τινὰ ἀνάγκην μήτε τὸν εἰκότα λόγον καὶ μετρίως ἄν τις εἰπεῖν εἴη δυνατός. ἐρυθρὸν δὲ δὴ μέλανι λευκῷ τε *κραθὲν ἀλουργοῦν· C ὄρφνινον δέ, ὅταν τούτοις μεμιγμένοις καυθεῖσί τε μᾶλλον ξυγκραθῇ μέλαν. πυῤῥὸν δὲ ξανθοῦ τε καὶ φαιοῦ κράσει γίγνεται, φαιὸν δὲ λευκοῦ τε καὶ μέλανος, τὸ δὲ ὠχρὸν λευκοῦ ξανθῷ μεμιγμένου. λαμπρὸν δὲ λευκῷ ***) ξυνελθὸν καὶ εἰς μέλαν κατακορὲς ἐμπεσὸν κυανοῦν χρῶμα ἀποτελεῖται, κυανοῦ δὲ λευκῷ κερανυμένου γλαυκόν, πυῤῥοῦ δὲ μέλανι πράσιον. τὰ δὲ ἄλλα ἀπὸ τούτων σχεδὸν δῆλα, αἷς ἂν ἀφομοιούμενα *μίξεσι διασώζοι τὸν εἰκότα μῦθον. εἰ D δέ τις τούτων ἔργῳ σκοπούμενος βάσανον λαμβάνοι, τὸ τῆς ἀνθρωπίνης καὶ θείας φύσεως ἠγνοηκὼς ἂν εἴη διάφορον, ὅτι θεὸς μὲν τὰ πολλὰ εἰς ἓν ξυγκεραννύναι καὶ πάλιν ἐξ ἑνὸς εἰς πολλὰ διαλύειν ἱκανὸς ὡς ἐπιστάμενος ἅμα καὶ δυνατός †), ἀνθρώπων δὲ οὐδεὶς οὐδέτερα τούτων ἱκανὸς οὔτε ἔστι νῦν οὔτ' εἰσαῦθίς ποτ' ἔσται.

Ταῦτα δὴ *πάντα τότε ταύτῃ πεφυκότα ἐξ ἀνάγκης ὁ E τοῦ καλλίστου τε καὶ ἀρίστου δημιουργὸς ἐν τοῖς γιγνομένοις παρελάμβανεν, ἡνίκα τὸν αὐτάρκη τε καὶ τὸν τελεώτατον θεὸν ἐγέννα, χρώμενος μὲν ταῖς περὶ ταῦτα αἰτίαις ὑπηρετούσαις, τὸ δὲ εὖ τεκταινόμενος ἐν πᾶσι τοῖς γιγνομένοις αὐτός. διὸ δὴ χρὴ δύ' αἰτίας εἴδη διορίζεσθαι, τὸ μὲν ἀναγκαῖον, τὸ δὲ θεῖον, καὶ τὸ μὲν θεῖον ἐν ἅπασι ζητεῖν κτήσεως ἕνεκα

*) Ἰσ. μιγνύμενον — παρασχόμενον. **) ἄλλ. νοῦν ἔχει. Ἰσ. νοῦν ἂν ἔχοι. ***) ἄλλ. λαμπρῷ δὲ λευκόν. †) Ἰσ. δυνατὸς ὤν.

humido evaneſcente colores exſiſtunt ex hac permixtione varii omnisque generis, hanc igitur affectionem fulgorem vocamus et id quod eam infert ſplendidum et lucens nuncupamus. ignis porro genus inter haec medium, quod ad oculorum quidem humorem pervenit et cum eo miſcetur, neque tamen lucet, ſed per humorem cum ignis ſplendore miſcetur ſanguineumque colorem exhibet, rubrum appellamus; et ſplendidum cum rubro et albo mixtum fit flavum; quanta vero ſingulorum ſit menſura, hoc, nec ſi quis ſciat, prudentiae ſit dicere, quorum neque neceſſitatem aliquam neque probabilem rationem ſatis quis potuerit afferre. rubrum vero cum nigro et albo temperatum purpureum ſit, ſubfuſcum autem, quando his commixtis et uſtis plus nigri admiſcetur. rufum ex albi et fuſci permixtione naſcitur, fuſcum ex albi et nigri coniunctione, et pallidum quum album cum flavo miſcetur. ſplendidum ſi cum albo temperatur et in nigrum copioſum incidit, color efficitur caeruleus, caeruleo cum albo temperato caeſius, et rufo cum nigro viridis. reliqui autem colores ex his perſpicitur quibus aſſimilati permixtionibus fervent probabilem orationem. ſi quis autem revera conſiderando horum periculum faciat, is humanae et divinae naturae discrimen ignoret, deum videlicet multa in unum poſſe commiſcere rurſusque unum in multa diſſolvere, quippe ſcientia et potentia praeditum, hominum autem nullum ad quicquam horum efficiendum neque nunc valere neque in poſterum umquam valiturum eſſe.

Haec igitur omnia tum ita comparata ex neceſſitate pulcherrimi et optimi operis effector in iis quae genita ſunt aſſumpſit, quum deum procrearet totum aptum ex ſe et perfectiſſimum, adhibens quidem harum rerum cauſas ſervientes, bene vero conſtitutum ipſe in omnibus quae genita ſunt fabricans. quocirca oportet duas cauſae ſpecies nos diſtinguere, neceſſariam unam, alteram divinam, et divinam quidem in omnibus quae-

εὐδαίμονος βίου, καθ' ὅσον ἡμῶν ἡ φύσις * ἐνδέχεται, τὸ 69
δὲ ἀναγκαῖον ἐκείνων χάριν, λογιζομένους ὡς ἄνευ τούτων
οὐ δυνατὰ αὐτὰ ἐκεῖνα, ἐφ' οἷς σπουδάζομεν, μόνα κατα-
νοεῖν οὐδ' αὖ λαβεῖν οὐδ' ἄλλως πως μετασχεῖν.

Ὅτ' οὖν δὴ τὰ νῦν οἷα τέκτοσιν ἡμῖν ὕλη παράκειται
τὰ τῶν αἰτίων γένη δινλασμένα, ἐξ ὧν τὸν ἐπίλοιπον λό-
γον δεῖ ξυνυφανθῆναι, πάλιν ἐπ' ἀρχὴν ἀνέλθωμεν διὰ
βραχέων ταχύ τε εἰς ταὐτὸν πορευθῶμεν ὅθεν δεῦρο ἀφι-
κόμεθα, καὶ τελευτὴν ἤδη κεφαλήν * τε τῷ μύθῳ πειρώ- B
μεθα ἁρμόττουσαν ἐπιθεῖναι τοῖς πρόσθεν. ὥσπερ γὰρ οὖν
καὶ κατ' ἀρχὰς ἐλέχθη, ταῦτα ἀτάκτως ἔχοντα ὁ θεὸς ἐν
ἑκάστῳ τε αὐτῷ πρὸς αὐτὸ καὶ πρὸς ἄλληλα ξυμμετρίας ἐνε-
ποίησεν, ὅσας τε καὶ ὅπῃ δυνατὸν ἦν ἀνάλογα καὶ ξύμμε-
τρα εἶναι. τότε γὰρ οὔτε τούτων ὅσον μὴ τύχῃ τι μετεῖ-
χεν, οὔτε τὸ παράπαν ὀνομάσαι τῶν νῦν ὀνομαζομένων
ἀξιόλογον ἦν οὐδέν, οἷον πῦρ *) καὶ ὕδωρ καί τι **)
τῶν ἄλλων· ἀλλὰ πάντα ταῦτα * πρῶτον διεκόσμησεν, C
ἔπειτα ἐκ τούτων πᾶν τόδε ξυνεστήσατο, ζῷον ἓν ζῷα ἔχον
ἅπαντα ἐν αὑτῷ θνητὰ ἀθάνατά τε. καὶ τῶν μὲν θείων αὐ-
τὸς γίγνεται δημιουργός, τῶν δὲ θνητῶν τὴν γένεσιν τοῖς
ἑαυτοῦ γεννήμασι δημιουργεῖν προσέταξεν. οἱ δὲ μιμούμενοι,
παραλαβόντες ἀρχὴν ψυχῆς ἀθάνατον, τὸ μετὰ τοῦτο θνη-
τὸν σῶμα αὐτῇ ***) περιετόρνευσαν ὄχημά τε πᾶν τὸ σῶμα
ἔδοσαν, ἄλλο τε εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς προσῳκοδόμουν τὸ †)
θνητόν, * δεινὰ καὶ ἀναγκαῖα ἐν ἑαυτῷ παθήματα ἔχον· D
πρῶτον μὲν ἡδονήν, μέγιστον κακῶν δέλεαρ, ἔπειτα λύπας,
ἀγαθῶν φυγάς, ἔτι δ' αὖ θάρρος καὶ φόβον, ἄφρονε ξυμ-
βούλω, θυμόν τε δυσπαραμύθητον, ἐλπίδα τ' ††) εὐπαρά-
γωγον αἰσθήσει τε ἀλόγῳ καὶ ἐπιχειρητῇ παντὸς ἔρωτι·
ξυγκερασάμενοι τ' αὐτὰ ἀναγκαίως τὸ θνητὸν γένος ξυνέθε-
σαν. καὶ διὰ ταῦτα δὴ σεβόμενοι μιαίνειν τὸ θεῖον, ὅ τι
μὴ πᾶσα ἦν ἀνάγκη, χωρὶς ἐκείνου κατοικίζουσιν εἰς ἄλλην

---

*) γρ. οἷόν περ. **) ἄλλ. εἴ τι. ***) γρ. αὐτοῖ.
†) γρ. προσῳκοδομοῦντο.
††) ἄλλ. θυμὸν δὲ — ἐλπίδα δ'.

rere vitae beatae adipiſcendae cauſa, quantum naturae noſtrae licet, neceſſariam vero illorum cauſa, reputantes ſine his non poſſe illa ipſa, ad quae ſtudium noſtrum conferamus, ſola intelligi neque comprehendi neque alia qua ratione acquiri.

Quoniam igitur nunc tamquam fabris nobis materia propoſita ſunt cauſarum genera ad materiam praeparata, e quibus reliquam oportet orationem contexi, rurſus ad initium nos referamus paucis verbis ſtatimque eodem redeamus unde huc declinavimus, et finem iam concluſionemque conemur orationi convenientem imponere ſupra dictis. quemadmodum initio iam monuimus, haec quum inordinata eſſent, deus cuique et ad ſe ipſum et ad cetera convenientiam iniecit, quatenus poterant reſpondere inter ſe atque convenire. tunc enim neque quicquam horum compos erat niſi forte caſu, neque omnino quicquam eorum quae nunc appellantur dignum erat quod hoc nomine ſignaretur, velut ignis et aqua et reliquorum aliquid; ſed omnia haec primum in ordinem adduxit, deinde ex his univerſum hocce compoſuit, animal unum cuncta in ſe continens animalia tam mortalia quam immortalia. ac divinorum quidem ipſe exſiſtit fabricator, mortalium vero procreationem proli ſuae mandavit. hi autem imitantes et principium animi immortale ſumentes mortale deinde corpus ei circumdederunt et vehiculum totum corpus praebuerunt, aliamque ſpeciem animi in eo adſtruxerunt, vehementes et neceſſarias in ſe habentem affectiones; primum voluptatem, maximam malorum eſcam, deinde dolores, malorum fugas, praeterea audaciam et metum, amentes conſiliarios, et iracundiam implacabilem, ſpemque quae facile ducitur a ſenſu rationis experte omniumque molitore amore; quas quidem commiſcentes neceſſario mortale genus conſtruxerunt. et hanc quidem ob cauſam verentes divinum polluere, niſi prorſus neceſſe erat, ſeorſum ab illo collocant in alio corpo-

* τοῦ σώματος οἴκησιν τὸ θνητόν, ἰσθμὸν καὶ ὅρον διοι- E
κοδομήσαντες τῆς τε κεφαλῆς καὶ τοῦ στήθους, αὐχένα με-
ταξὺ τιθέντες, ἵνα εἴη χωρίς. ἐν δὴ τοῖς στήθεσι καὶ τῷ
καλουμένῳ θώρακι τὸ τῆς ψυχῆς θνητὸν γένος ἐνέδουν.
καὶ ἐπειδὴ τὸ μὲν ἄμεινον αὐτῆς, τὸ δὲ χεῖρον πεφύκει,
διοικοδομοῦσι τοῦ θώρακος αὖ τὸ κύτος, διορίζοντες * οἷον 70
γυναικῶν, τὴν δὲ ἀνδρῶν χωρὶς οἴκησιν, τὰς φρένας διά-
φραγμα εἰς τὸ μέσον αὐτῶν τιθέντες. τὸ μετέχον οὖν τῆς
ψυχῆς ἀνδρείας καὶ θυμοῦ, φιλόνεικον ὄν, κατῴκισαν ἐγγυ-
τέρω τῆς κεφαλῆς μεταξὺ τῶν φρενῶν τε καὶ αὐχένος, ἵνα
τοῦ λόγου κατήκοον ὂν κοινῇ μετ' ἐκείνου βίᾳ τὸ τῶν ἐπι-
θυμιῶν κατέχοι γένος, ὁπότ' ἐκ τῆς ἀκροπόλεως τῷ ἐπι-
τάγματι καὶ λόγῳ μηδαμῇ πείθεσθαι ἑκὸν ἐθέλοι. Τὴν δὲ
δὴ καρδίαν, νᾶμα *) τῶν φλεβῶν καὶ πηγὴν * τοῦ περι- B
φερομένου κατὰ πάντα τὰ μέλη σφοδρῶς αἵματος, εἰς τὴν
δορυφορικὴν οἴκησιν κατέστησαν, ἵνα, ὅτε ζέσειε τὸ τοῦ
θυμοῦ μένος **) τοῦ λόγου παραγγείλαντος ὥς τις ***) ἄδι-
κρς περὶ αὐτὰ γίγνεται πρᾶξις ἔξωθεν ἢ καί τις ἀπὸ τῶν
ἔνδοθεν ἐπιθυμιῶν, ὀξέως διὰ πάντων τῶν στενωπῶν πᾶν,
ὅσον αἰσθητικὸν †) ἐν τῷ σώματι, τῶν τε παρακελεύσεων
καὶ ἀπειλῶν αἰσθανόμενον γίγνοιτο ἐπήκοον καὶ ἕποιτο πάντῃ
καὶ τὸ βέλτιστον οὕτως ἐν αὐτοῖς πᾶσιν * ἡγεμονεῖν ἐῴη. C
Τῇ δὲ δὴ πηδήσει τῆς καρδίας ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδο-
κίᾳ καὶ τῇ τοῦ θυμοῦ ἐγέρσει, προγιγνώσκοντες ὅτι διὰ πυ-
ρὸς ἡ τοιαύτη πᾶσα ἔμελλεν οἴδησις γίγνεσθαι τῶν θυμουμένων,
ἐπικουρίαν αὐτῇ μηχανώμενοι τὴν τοῦ πλεύμονος ἰδέαν ἐνεφύ-
τευσαν, πρῶτον μὲν μαλακὴν καὶ ἄναιμον, εἶτα σήραγγας ἐν-
τὸς ἔχουσαν οἷον σπόγγου κατατετρημένας, ἵνα τό τε πνεῦ-
μα καὶ τὸ πῶμα δεχομένη, ψύχουσα, ἀναπνοὴν καὶ ῥᾳστώ-
νην ἐν * τῷ καύματι παρέχοι. διὸ δὴ τῆς ††) ἀρτηρίας ὀχε- D
τοὺς ἐπὶ τὸν πλεύμονα ἔτεμον, καὶ περὶ τὴν καρδίαν αὐ-
τὸν περιέστησαν οἷον ἅλμα μαλακόν †††), ἵνα ὁ θυμὸς
ἡνίκα ἐν αὐτῇ ἀκμάζοι (*), πηδῶσα εἰς ὑπεῖκον καὶ ἀνα-

---

*) γρ. ἅμα. ἄλλ. ἄμμα. **) γρ. γένος. ***) γρ. εἴτις.
†) γρ. αἰσθητόν. ††) γρ. διὸ τὰς. †††) ἴσ. μάλαγμα.
(*) γρ. ἀκμάζῃ.

ris domicilio mortale, limitem et terminum conſtruentes inter caput et pectus, cervicem interponentes, ut ſeorſum eſſet. in pectore igitur et thorace qui dicitur mortale animi genus illigarunt. et quia una eius pars meliore, altera deteriore eſt natura, ſepararunt quoque thoracis complexum diſtinguentes velut unum mulierum et alterum virorum ſeparatum domicilium, praecordia ſeptum in medio eorum ponentes. eam igitur animi partem quae fortitudinis et irae compos eſt, quippe contentionis amans, collocarunt propius caput inter praecordia et cervicem, ut rationi obediens una cum illa vi cupiditatum genus cohiberet, quando mandato et orationi ex arce delatae nullo modo vellent ultro parere. Atque cor, radicem venarum et fontem ſanguinis per omnia membra cito circumfluentis, in ſatellitum domicilio collocarunt, ut, quando excandeſceret irae vis ratione nunciante iniuſtum ab aliquo committi facinus extrinſecus vel etiam a cupiditatibus intus, celeriter per omnes anguſtias, quicquid in corpore ſentiendi vim haberet, cohortationes et minas percipiens, obediret, plane ſequeretur et optimum ita in iis omnibus imperare ſineret. De cordis autem trepidatione in rerum formidoloſarum exſpectatione iraeque excitatione, praeſentientes fore ut per ignem omnis eiusmodi tumor exſiſteret iracundia inflammatorum, auxilium ei machinantes pulmonis ſpeciem inſeverunt, primum mollem et ſanguine carentem, deinde fiſtulas intus habentem tamquam ſpongiae perforatas, ut ſpiritu et potu recepto refrigeraret et reſpirationem levationemque in aeſtu praeberet. quocirca arteriae canales in pulmonem inciderunt eumque cordi circumiecerunt tamquam malagma, ut iracundia quando in eo ferveret, ſaliens in aliquid quod cederet et re-

ψυχομένη, πονοῦσα ἧττον μᾶλλον τῷ λόγῳ μετὰ θυμοῦ δύναιτο ὑπηρετεῖν. Τὸ δὲ δὴ σίτων τε καὶ ποτῶν ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς καὶ ὅσων ἔνδειαν διὰ τὴν τοῦ σώματος ἴσχει φύσιν, τοῦτο εἰς τὰ μεταξὺ τῶν τε φρενῶν καὶ τοῦ πρὸς * τὸν ὀμφαλὸν ὅρου κατῴκισαν, οἷον φάτνην ἐν Ε
ἅπαντι τούτῳ τῷ τόπῳ τῇ τοῦ σώματος τροφῇ τεκτηνάμενοι· καὶ κατέδησαν δὴ τὸ τοιοῦτον ἐνταῦθα ὡς θρέμμα ἄγριον, τρέφειν δὲ ξυνημμένον ἀναγκαῖον, εἴπερ τι μέλλοι ποτὲ θνητὸν ἔσεσθαι γένος. ἵν' οὖν ἀεὶ νεμόμενον πρὸς φάτνῃ καὶ ὅτι πορρωτάτω τοῦ βουλευομένου κατοικοῦν, θόρυβον καὶ βοὴν ὡς ἐλαχίστην παρέχον, τὸ κράτιστον καθ' ἡσυχίαν * περὶ τοῦ πᾶσι κοινῇ ξυμφέροντος *) ἐῷ **) βου- 71
λεύεσθαι, διὰ ταῦτ' ἐνταῦθα ἔδοσαν αὐτῷ τὴν τάξιν. εἰδότες δὲ αὐτὸ ὡς λόγου μὲν οὔτε ξυνήσειν ἔμελλεν, εἴ τέ πῃ καὶ μεταλαμβάνοι τινὸς αὖ τῶν αἰσθήσεων, οὐκ ἔμφυτον αὐτῷ τὸ μέλειν τινῶν ἔσοιτο λόγων, ὑπὸ δὲ εἰδώλων καὶ φαντασμάτων νυκτός τε καὶ μεθ' ἡμέραν μάλιστα ψυχαγωγήσοιτο, τούτῳ δὴ θεὸς ἐπιβουλεύσας αὐτῷ ***) τὴν τοῦ ἥπατος ἰδέαν ξυνέστησε καὶ ἔθηκεν εἰς τὴν ἐκείνου
* κατοίκησιν, πυκνὸν καὶ λεῖον καὶ λαμπρὸν καὶ γλυ- Β
κὺ καὶ πικρότητα ἔχον μηχανησάμενος, ἵν' ἐν αὐτῷ τῶν διανοημάτων ἡ ἐκ τοῦ νοῦ φερομένη δύναμις, οἷον ἐν κατόπτρῳ δεχομένῳ τύπους καὶ κατιδεῖν εἴδωλα παρέχοντι, φοβοῖ μὲν αὐτό, ὁπότε μέρει τῆς πικρότητος χρωμένη ξυγγενεῖ, χαλεπὴ †) προσενεχθεῖσα ἀπειλῇ, κατὰ πᾶν ὑπομιγνῦσα ὀξέως τὸ ἦπαρ χολώδη χρώματα ἐμφαίνοι, * ξυνάγουσά τε C
πᾶν ῥυσσὸν καὶ τραχὺ ποιοῖ ††), λοβὸν δὲ καὶ δοχὰς †††) πύλας τε τὸ (*) μὲν ἐξ ὀρθοῦ κατακάμπτουσα καὶ ξυσπῶσα, τὰ δ' ἐμφράττουσα ξυγκλείουσά τε, λύπας καὶ ἄσας παρέχοι, καὶ ὅτ' αὖ τὰ ἐναντία φάσματα ἀποζωγραφοῖ (**) πραότητός τις ἐκ διανοίας ἐπίπνοια, τῆς μὲν πικρότητος ἡσυχίαν παρέχουσα τῷ μήτε κινεῖν μήτε προσάπτεσθαι τῆς ἐναντίας ἑαυτῇ φύσεως ἐθέλειν, γλυκύτητι δὲ τῇ κατ' ἐκεῖνο

---

*) γρ. ξυνδιαφέροντος. **) ἴσ. ἐῴῃ. ***) γρ. αὐτοῦ.
†) ισ. χαλεπῇ. ††) γρ. ἐμφαίνει — ποιῇ. †††) γρ. λοχὸν. (*) ἴσ. τὰ. (**) γρ. ὅταν — ἀποζωγραφῇ.

frigerata minus laboraret magisque rationi ipsa adiuvante excandescentia posset obtemperare. Eam porro animi partem quae esculenta et potulenta appetit omniaque quorum indiget propter corporis naturam, inter praecordia terminumque ad umbilicum pertinentem collocarunt, tamquam praesepe in universo hoc corporis loco alimento fabricati; atque deligarunt illam huc quasi belluam feram necessario quum alligata esset nutriendam, siquidem mortale aliquando genus futurum esset. ut igitur semper nutritum ad praesepe et, quum a parte consulente quam longissime habitaret, tumultum et clamorem quam minimum edens optimam animi partem tranquille de eo quod omnibus communiter conduceret consilium inire sineret, hanc ob causam hunc ei dederunt locum. scientes autem eam rationem non esse intellecturam et, licet forte etiam alicuius sensus particeps fieret, tamen hoc ei non insitum fore ut rationes quasdam curaret, sed a simulacris et visis noctes et dies maxime allectum iri, de hoc igitur cogitans deus iecoris speciem cum ea coniunxit et in huius eam domicilio collocavit, densum et leve et splendidum et dulce et amarum machinatus, ut in eo cogitationum vis e ratione proficiscens, velut in speculo firmas recipiente visuique imagines exhibente, terreret illam, quando parte amaritudini cognata usa et ad graves progressa minas per totum se celeriter admisceret iecur et colores ostenderet bilem reddentes contrahensque totum rugosum et asperum efficeret, eam autem partem qui lobus dicitur et receptacula portasque partim a recto statu deflectens et constringens, partim intersepiens et claudens dolores et angores efficeret, et quando contraria visa depingeret mansuetudinis quidam e cogitatione profectus afflatus, amaritudinis quietem afferens eo quod neque movere neque attingere vellet contrariam sibi naturam,

ξυμφύτῳ πρὸς * αὐτὸ χρωμένη καὶ πάντα ὀρθὰ καὶ λεῖα D
αὐτοῦ καὶ ἐλεύθερα ἀπευθύνουσα ἵλεών τε καὶ εὐήμερον
ποιοῖ (*) τὴν περὶ τὸ ἧπαρ ψυχῆς μοῖραν κατῳκισμένην,
ἔν τε τῇ νυκτὶ διαγωγὴν ἔχουσαν μετρίαν, μαντείᾳ χρωμένην
καθ' ὕπνον, ἐπειδὴ λόγου καὶ φρονήσεως οὐ μετεῖχε. μεμνημέ-
νοι γὰρ τῆς τοῦ πατρὸς ἐπιστολῆς οἱ ξυνιστάντες ἡμᾶς, ὅτε
τὸ θνητὸν ἐπέστελλε γένος ὡς ἄριστον εἰς δύναμιν ποιεῖν,
οὕτω δὴ κατορθοῦντες καὶ τὸ φαῦλον ἡμῶν, * ἵνα ἀληθείας E
πῃ προσάπτοιτο, κατέστησαν ἐν τούτῳ τὸ μαντεῖον. ἱκανὸν
δὲ σημεῖον ὡς μαντικὴν ἀφροσύνῃ θεὸς ἀνθρωπίνῃ δέδω-
κεν· οὐδεὶς γὰρ ἔννους ἐφάπτεται μαντικῆς ἐνθέου καὶ ἀλη-
θοῦς, ἀλλ' ἢ καθ' ὕπνον τὴν τῆς φρονήσεως πεδηθεὶς δύ-
ναμιν ἢ διὰ νόσον ἤ τινα ἐνθουσιασμὸν παραλλάξας. ἀλλὰ
ξυννοῆσαι μὲν ἔμφρονος τά τε ῥηθέντα ἀναμνησθέντα ὄναρ
ἢ ὕπαρ ὑπὸ τῆς μαντικῆς τε καὶ ἐνθουσιαστικῆς φύσεως,
καὶ ὅσα ἂν φάσματα * ὀφθῇ, πάντα λογισμῷ διελέσθαι, 72
ὅπῃ τι σημαίνει καὶ ὅτῳ μέλλοντος ἢ παρελθόντος ἢ πα-
ρόντος κακοῦ ἢ ἀγαθοῦ· τοῦ δὲ μανέντος ἔτι τε ἐν τούτῳ
μένοντος οὐκ ἔργον τὰ φανέντα καὶ φωνηθέντα ὑφ' ἑαυ-
τοῦ κρίνειν, ἀλλ' εὖ καὶ πάλαι λέγεται τὸ πράττειν καὶ γνῶ-
ναι τά τε αὑτοῦ καὶ ἑαυτὸν σώφρονι μόνῳ προσήκειν. ὅθεν
δὴ καὶ τὸ τῶν προφητῶν * γένος ἐπὶ ταῖς ἐνθέοις μαν- B
τείαις κριτὰς ἐπικαθιστάναι νόμος· οὓς μάντεις ἐπονομά-
ζουσί τινες, τὸ πᾶν ἠγνοηκότες ὅτι τῆς δι' αἰνιγμῶν οὗτοι
φήμης καὶ φαντάσεως ὑποκριταί *), καὶ οὔτι **) μάντεις,
προφῆται δὲ μαντευομένων δικαιότατα ὀνομάζοιντ' ἄν.

Ἡ μὲν οὖν φύσις τοῦ ἥπατος διὰ ταῦτα τοιαύτη τε
καὶ ἐν τόπῳ ᾧ λέγομεν πέφυκε χάριν μαντικῆς. καὶ ἔτι
μὲν δὴ ζῶντος ἑκάστου τὸ τοιοῦτον ***) σημεῖα ἐναργέστερα
ἔχει, στερηθὲν δὲ τοῦ ζῆν γέγονε τυφλὸν καὶ τὰ μαντεῖα
ἀμυδρώτερα †) ἔσχε τοῦ * τι σαφὲς σημαίνειν. Ἡ δ' αὖ G
τοῦ γείτονος αὐτῷ ξύστασις καὶ ἕδρα σπλάγχνου γέγονεν ἐξ
ἀριστερᾶς χάριν ἐκείνου, τοῦ παρέχειν αὐτῷ λαμπρὸν ἀεὶ

(*) γρ. ποιεῖ *) ἴσ. εἰσὶ κριταί. **) γρ. οὗτοι.
***) γρ. τῶν τοιούτων. †) ἴσ. μαντείας ἀμυδροτέρας.

dulcedinem vero natura illi inſitam ei adhibens omniaque recta et levia et libera eius dirigens placatam et manſuetam redderet animi partem circa iecur habitantem, ita ut noctu tempus ſatis traduceret et divinatione uteretur per ſomnum, quum rationis et prudentiae eſſet expers. memores enim patris mandati ii qui nos fiuxerunt, quum mortale genus quam optimum pro viribus eos efficere iuſſiſſet, iccirco etiam vilem noſtri partem erigentes ut veritatem quodammodo attingeret, vaticinationi hunc conſtituerunt locum. ſatis autem hoc argumenti eſt divinationem deum imprudentiae humanae tribuiſſe, quod nemo mentis compos praeſagitionem aſſequitur divinam et veram, ſed vel per ſomnum prudentiae vi colligata vel per morbum inſtinctumve aliquem divinum et afflatum permota. ſed prudentis eſt perſpicere recordantem ea quae vel ſomnians vel vigilans profert natura praeſagiens et divino afflatu concitata, et quaecumque viſa obiiciantur, omnia reputare et diiudicare, quatenus ſignificent et cui aliquid mali vel boni futuri vel praeteriti vel praeſentis; eius autem qui mente incitatus eſt et adhuc in hoc ſtatu verſatur, non eſt quae viderit et protulerit iudicare, ſed bene iam antiquitus dictum eſt in ſapientem ſolum cadere ut agat et cognoſcat et res ſuas et ſemet ipſum. quocirca lex eſt ut interpretes divinis vaticinationibus iudices praeficiantur, quos vates nuncupant quidam prorſus ignorantes, hos oraculorum obſcure editorum et viſorum eſſe iudices, neutiquam vates; interpretes vero vaticinantium rectiſſime dicentur.

Ac natura quidem iecoris has ob cauſas talis et eo in loco quem diximus vaticinationis cauſa poſita eſt. et adhuc quidem vivente quoque ſigna illud manifeſtiora habet, privatum vero vita caecum exſiſtit et vaticinationes obſcuriores habet quam ut clari quid ſignificet. Vicinorum autem viſcerum conſtructio et ſedes a ſiniſtra ei collocata eſt, ut ipſum ſplendidum ſemper et pu-

καὶ καθαρόν, οἷον κατόπτρῳ παρεσκευασμένον καὶ ἕτοιμον ἀεὶ παρακείμενον ἐκμαγεῖον. διὸ δὴ καὶ ὅταν τινὲς ἀκαθαρσίαι γίγνωνται διὰ νόσους σώματος περὶ τὸ ἧπαρ, πάντα ἡ σπληνὸς καθαίρουσα αὐτὰ δέχεται μανότης, ἅτε κοίλου καὶ ἀναίμου ὑφανθέντος· ὅθεν πληρούμενος τῶν ἀποκαθαιρομένων * μέγας καὶ ὕπουλος αὐξάνεται, καὶ πάλιν, ὅταν D καθαρθῇ τὸ σῶμα, ταπεινούμενος εἰς ταὐτὸν ξυνίζει.

Τὰ μὲν οὖν περὶ ψυχῆς, ὅσον θνητὸν ἔχει καὶ ὅσον θεῖον, καὶ ὅπῃ καὶ μεθ' ὧν καὶ δι' ἃ χωρὶς ᾠκίσθη, τὸ μὲν ἀληθές, ὡς εἴρηται, θεοῦ ξυμφήσαντος τότ' ἂν οὕτω μόνως διισχυριζοίμεθα, τό †) γε μὴν εἰκὸς ἡμῖν εἰρῆσθαι, καὶ νῦν καὶ ἔτι μᾶλλον ἀνασκοποῦσι διακινδυνευτέον φάναι καὶ πεφάσθω. * Τὸ δ' ἑξῆς δὴ τούτοισι κατὰ ταὐτὰ μετα- E διωκτέον· ἦν δὲ τὸ τοῦ σώματος ἐπίλοιπον ᾗ γέγονεν. ἐκ δὴ λογισμοῦ τοιοῦδε ξυνίστασθαι μάλιστ' ἂν αὐτὸ πάντων πρέποι.

Τὴν ἑσομένην ἐν ἡμῖν ποτῶν καὶ ἐδεστῶν ἀκολασίαν ἦδεσαν οἱ ξυντιθέντες ἡμῶν τὸ γένος, καὶ ὅτι τοῦ μετρίου καὶ ἀναγκαίου διὰ μαργότητα πολλῷ χρησοίμεθα πλέονι. ἵν' οὖν μὴ φθορὰ διὰ νόσους ὀξεῖα γίγνοιτο καὶ ἀτελὲς τὸ γένος εὐθὺς τὸ θνητὸν τελευτῷη, ταῦτα * προορώμενοι τῇ 73 τοῦ περιγενησομένου πώματος ἐδέσματός τε ἕξει τὴν ὀνομαζομένην *) κάτω κοιλίαν ὑποδοχὴν ἔθεσαν, εἱλιξάν τε πέριξ τὴν τῶν ἐντέρων γένεσιν, ὅπως μὴ ταχὺ διεκπερῶσα ἡ τροφὴ ταχὺ πάλιν τροφῆς ἑτέρας δεῖσθαι τὸ σῶμα ἀναγκάζοι, καὶ παρέχουσα ἀπληστίαν διὰ γαστριμαργίαν ἀφιλόσοφον καὶ ἄμουσον πᾶν ἀποτελοῖ τὸ γένος, ἀνυπήκοον **) τοῦ θειοτάτου τῶν παρ' ἡμῖν.

Τὸ δὲ ὀστῶν καὶ σαρκῶν καὶ τῆς τοιαύτης φύσεως * πέρι πάσης ὧδε ἔσχε. τούτοις ξύμπασιν ἀρχὴ μὲν ἡ τοῦ B μυελοῦ γένεσις· οἱ γὰρ τοῦ βίου δεσμοὶ τῆς ψυχῆς τῷ σώματι ξυνδουμένης ἐν τούτῳ διαδούμενοι κατερρίζουν τὸ θνητὸν γένος· αὐτὸς δὲ ὁ μυελὸς γέγονεν ἐξ ἄλλων. τῶν γὰρ

†) ἴσ. ὅ. *) γρ. ὠνομασμένην. **) ἴσ. καὶ ἀνυπήκοον.

rum exhibeant, tamquam ſpeculo praeparatum et in promptu ſemper appoſitum ſimulacrum. quocirca etiam, quum ſordes quaedam exſiſtunt per corporis morbos circa iecur, omnis ſplenis purgans eas recipit raritas, quippe quod cavum ſanguineque carens contextum ſit; unde purgamentis impletum magnum et purulentum intumeſcit, rurſusque corpore purgato depreſſum in idem conſidit.

Atque de animo, quoad mortalis ſit et quoad divinus, et quomodo, cum quibus quasque ob cauſas ſeorſum collocatus fuerit, verum quidem, ut dictum eſt, quum deus aſſenſerit, tum demum affirmaverimus, quod vero probabiliter a nobis dicitur, id et nunc et magis etiam conſiderantibus periclitandum eſt ſumere ſumptumque eſto. Quod vero cum his coniunctum eſt, id eodem modo inveſtigandum; erat autem hoc quomodo reliquum factum ſit corpus. ex hac igitur ratione omnium convenientiſſima ei fuerit conſtructio.

Futuram noſtram potulentorum et eſculentorum intemperantiam perſpectam habuerunt qui genus noſtrum conſtruxerunt, nosque longe ultra modum et neceſſitatem in ea eſſe progreſſuros. ne igitur interitus per morbos praeceps ingrueret et imperfectum ſtatim genus mortale occumberet, hoc providentes reliquiis futuris potionis et cibi inferiorem quae dicitur alvum receptaculum poſuerunt eamque obvolverunt circumcirca inteſtinis, ut ne cito traiectum alimentum cito rurſus alius alimenti indigere corpus cogeret, et inexplebilem iniiciens aviditatem propter ligurritionem a philoſophia et Muſis averſum totum efficeret genus partique noſtri diviniſſimae haud obtemperans.

Oſſium vero et carnis omnisque huius naturae haec eſt ratio. his omnibus principium eſt medullae ortus; vitae enim vincula, quum animus cum corpore colligatus eſſet, in hac conſtricta tamquam radicibus ſtabiliverunt mortale genus; ipſa autem medulla ex aliis gene-

τριγώνων ὅσα πρῶτα ἀστραβῆ καὶ λεῖα ὄντα πῦρ τε καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα καὶ γῆν δι' ἀκριβείας μάλιστα ἦν παρασχεῖν δυνατά, ταῦτα ὁ θεὸς ἀπὸ τῶν ἑαυτῶν ἕκαστα γενῶν χωρὶς ἀποκρίνων, μιγνὺς δ' ἀλλήλοις * ξύμμετρα, πανσπερ- C
μίαν παντὶ θνητῷ γένει μηχανώμενος, τὸν μυελὸν ἐξ αὐτῶν ἀπειργάσατο, καὶ μετὰ ταῦτα δὴ φυτεύων ἐν αὐτῷ κατέδει τὰ τῶν ψυχῶν γένη, σχημάτων τε ὅσα ἔμελλεν αὖ σχήσειν οἷά τε καθ' ἕκαστα εἴδη, τὸν μυελὸν αὐτὸν τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα διηρεῖτο σχήματα εὐθὺς ἐν τῇ διανομῇ τῇ κατ' ἀρχάς. καὶ τὴν μὲν τὸ θεῖον σπέρμα, οἷον ἄρουραν, μέλλουσαν ἔξειν ἐν αὑτῇ περιφερῆ πανταχῇ πλάσας, ἐπωνόμασε τοῦ μυελοῦ * ταύτην τὴν μοῖραν ἐγκέφαλον, ὡς ἀπο- D
τελεσθέντος ἑκάστου ζώου τὸ περὶ τοῦτο ἀγγεῖον κεφαλὴν γενησόμενον· ὃ δ' αὖ (*) τὸ λοιπὸν καὶ θνητὸν τῆς ψυχῆς ἔμελλε καθέξειν, ἅμα στρογγύλα καὶ προμήκη διηρεῖτο σχήματα, μυελὸν δὲ πάντα ἐπεφήμισε, καί, καθάπερ ἐξ ἀγκυρῶν, βαλλόμενος ἐκ τούτων πάσης ψυχῆς δεσμοὺς περὶ τοῦτο ξύμπαν ἤδη τὸ σῶμα ἡμῶν ἀπειργάζετο, στέγασμα μὲν αὐτῷ πρῶτον ξυμπηγνὺς περὶ ὅλον *) * ὀστέϊνον. Τὸ E
δὲ ὀστοῦν ξυνίστησιν ὧδε. γῆν διαττήσας **) καθαρὰν καὶ λείαν ἀνεφύρασε ***) καὶ ἔδευσε μυελῷ, καὶ μετὰ τοῦτο εἰς πῦρ αὐτὸ ἐντίθησι, μετ' ἐκεῖνο δὲ εἰς ὕδωρ βάπτει, πάλιν δὲ εἰς πῦρ αὖθίς τε εἰς ὕδωρ· μεταφέρων δ' οὕτω πολλάκις εἰς ἑκάτερον ὑπ' ἀμφοῖν ἄτηκτον ἀπειργάσατο. καταχρώμενος δὴ τούτῳ περὶ μὲν τὸν ἐγκέφαλον αὐτοῦ σφαῖραν περιετόρνευσεν ὀστεΐνην, ταύτῃ δὲ στενὴν διέξοδον κατελίπετο· καὶ περὶ τὸν * διαυγένιον ἅμα καὶ νωτιαῖον μυελὸν ἐξ 74
αὐτοῦ σφονδύλους πλάσας ὑπέτεινεν οἷον στρόφιγγας ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς διὰ παντὸς τοῦ κύτους. καὶ τὸ πᾶν δὴ σπέρμα διασώζων οὕτω λιθοειδεῖ περιβόλῳ ξυνέφραξεν, ἐμποιῶν ἄρθρα, τῇ θατέρου προσχρώμενος ἐν αὐτοῖς ὡς μέσῃ ἐνισταμένῃ δυνάμει, κινήσεως καὶ κάμψεως ἕνεκα. Τὴν δ' αὖ τῆς ὀστεΐνης φύσεως ἕξιν ἡγησάμενος τοῦ δέοντος * κραυροτέραν εἶναι καὶ ἀκαμπτοτέραν, διάπυρόν τ' αὖ B

(*) γρ. ἂν. *) ἴσ. περίβολον. **) γρ. διατρήσας.
***) ἄλλ. ἐφύρασε.

rata eſt. etenim quaecumque triangula prima recta et levia erant maximeque idonea ad ignem et aquam et aërem et terram accurate exhibenda, haec deus, quum a ſuis quaeque generibus ſeorſum ſecreviſſet et congruentia inter ſe miſcuiſſet, ſeminum omnis generis cinuum univerſo mortali generi machinatus, medullam ex iis effecit, deinde ſevit in ea atque defixit animorum genera, et quot qualesque habitura eſſent figuras ſinguiae ſpecies, medullam ipſam in tot talesque distribuit figuras ſtatim prima in diviſione. et eam quidem medullae partem quae divinum ſemen, tamquam arvum, in ſe habitura erat, globoſam omnibus partibus finxit et appellavit ἐγκέφαλον (cerebrum), quoniam animante quoque abſoluto huius receptaculum futura eſſet κεφαλή (caput); quae vero reliquam et mortalem animi partem erat comprehenſura, eam in rotundas ſimulque oblongas diviſit figuras totamque medullam nominavit et, quaſi ancora iacta, hac ſtabilivit univerſi animi vincula totumque iam corpus noſtrum circa eam abſolvit, quum prius ei tegumentum compegiſſet ſeptum oſſeum. Os autem componit ita. terram cribratam puram et levem ſubegit medullaque imbuit, et deinde in ignem eam iniicit, poſtea in aquam immergit, rurſusque in ignem iterumque in aquam; et ita ſaepius in utrumque quum transtuliſſet effecit ut neutrum eam poſſet liqueſacere. hanc igitur adhibens circa cerebrum globum tornavit oſſeum, huic vero anguſtum reliquit transitum; et circa medullam cervicis et dorſi vertebras ex ea finxit, quas ſubdidit tamquam cardines inde a capite per totum corpus. et omne quidem ſemen eo ſervavit quod ſepto communivit tamquam lapideo, articulos iniiciens motus et flexionis cauſa, ad quos alterius vim tamquam mediam interiectam adhibuit. Oſſeae vero naturae habitum quia arbitrabatur rigidiorem eſſe quam oporteret et a flexione alieniorem et, quum iguitus evaſiſſet rur-

γιγνομένην καὶ πάλιν ψυχομένην σφακελίσασαν ταχὺ διαφθερεῖν τὸ σπέρμα ἐντὸς αὑτῆς, διὰ ταῦτα οὕτω τὸ τῶν νεύρων καὶ τὸ τῆς σαρκὸς γένος ἐμηχανᾶτο, ἵνα τῷ μὲν πάντα τὰ (*) μέλη ξυνδήσας ἐπιτεινομένῳ καὶ ἀνιεμένῳ περὶ τοὺς στρόφιγγας καμπτόμενον τὸ σῶμα καὶ ἐκτεινόμενον παρέχοι, τὴν δὲ σάρκα προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων, ἔτι δὲ πτωμάτων οἷον τὰ πιλητὰ ἔσεσθαι κτήματα, * σώμασι μαλακῶς καὶ πράως ὑπείκουσαν, θερμὴν C δὲ νοτίδα ἐντὸς ἑαυτῆς ἔχουσαν, θέρους μὲν ἀνιδίουσάν τε †) καὶ νοτιζομένην ἔξωθεν ψύχος κατὰ πᾶν τὸ σῶμα παρέξειν οἰκεῖον, διὰ χειμῶνος δὲ πάλιν αὖ τούτῳ τῷ πυρὶ τὸν προσφερόμενον ἔξωθεν καὶ περιιστάμενον πάγον ἀμυνεῖσθαι μετρίως. ταῦτα ἡμῶν διανοηθεὶς ὁ κηροπλάστης, ὕδατι μὲν καὶ πυρὶ καὶ γῇ ξυμμίξας καὶ ξυναρμόσας, ἐξ ὀξέος καὶ ἁλμυροῦ ξυνθεὶς ζύμωμα καὶ * ὑπομίξας αὐτοῖς, σάρκα ἔγχυμον καὶ μαλακὴν ξυνέστησε· D τὴν δὲ τῶν νεύρων φύσιν ἐξ ὀστοῦ καὶ σαρκὸς ἀζύμου κράσεως, μίαν ἐξ ἀμφοῖν μέσην δυνάμει ξυνεκεράσατο, ξανθῷ χρώματι προσχρώμενος. ὅθεν ξυντονωτέραν μὲν καὶ γλισχροτέραν σαρκῶν, μαλακωτέραν δὲ ὀστῶν ὑγροτέραν τε ἐκτήσατο δύναμιν νεῦρα· οἷς ξυμπεριλαβὼν ὁ θεὸς ὀστᾶ καὶ μυελόν, δήσας πρὸς ἄλληλα νεύροις, μετὰ ταῦτα σαρξὶ πάντα αὐτὰ κατεσκίασεν * ἄνωθεν. ὅσα μὲν οὖν ἐμψυχότατα τῶν ὀστῶν E ἦν, ὀλιγίσταις ξυνέφραττε σαρξίν, ἃ δ' ἀψυχότατα ἐντός, πλείσταις καὶ πυκνοτάταις. καὶ δὴ καὶ *) κατὰ τὰς ξυμβολὰς τῶν ὀστῶν, ὅπῃ μή τινα ἀνάγκην ὁ λόγος ἀπέφαινε δεῖν αὐτὰς εἶναι, βραχεῖαν σάρκα ἔφυσεν, ἵνα μήτε ἐμποδὼν ταῖς καμπαῖς οὖσαι δύσφορα τὰ σώματα ἀπεργάζοιντο, ἅτε δυσκίνητα γιγνόμενα, μήτ' αὖ πολλαὶ καὶ πυκναὶ σφόδρα τε ἐν ἀλλήλαις ἐμπεπιλημέναι, διὰ στερεότητα ἀναισθησίαν ἐμποιοῦσαι, δυσμνημονευτότερα καὶ κωφότερα**) τὰ περὶ τὴν διάνοιαν ποιοῖεν. διὸ δὴ τό τε τῶν μηρῶν καὶ κνημῶν καὶ τὸ περὶ * τὴν τῶν ἰσχίων φύσιν τά τε τῶν βραχιόνων ὀστᾶ 75 καὶ τὰ τῶν πήχεων, καὶ ὅσα ἄλλα ἡμῶν ἄναρθρα, ὅσα τε ἐντὸς ὀστᾶ δι' ὀλιγότητα ψυχῆς ἐν μυελῷ κενά ἐστι φρο-

(*) γρ. τἄλλα.
*) γρ. καὶ δή.
†) γρ. ἀνιδροῦσαν.
**) γρ. κουφότερα.

fusque refrigeratus, carie exesum cito corrupturum esse semen in se inclusum, hanc ob causam nervorum et carnis genus machinatus est, ut omnia membra colligans illo se adstringente et relaxante circa cardines corpus efficeret sese flectens et extendens, carnem autem arbitratus est fore propugnaculum adversus aestum et munimentum adversus frigus, praeterea adversus casus instar rerum ex lana coacta factarum, corporibus molliter et leniter cedentem, calidum vero humorem in se habentem, qui aestate quidem sudans et madefactus extrinsecus frigus omne per corpus praebiturus esset proprium, hieme autem frigus in hunc ignem invadens extrinsecus et circumfusum satis esset a se propulsaturus. haec spectans is qui nos finxit cum aqua et igne et terra inter se mixtis et concinnatis fermentum ex acido et salso compositum temperavit carnemque conflavit succi plenam ac mollem; nervorum autem naturam ex ossis et carnis non fermentatae temperatione, unam ex ambobus vi mediam commiscuit, flavum colorem adhibens. unde intentiorem et tenaciorem carnibus et molliorem ossibus atque humidiorem nacti sunt vim nervi; quibus comprehendens deus ossa et medullam, quum nervis ea inter se colligasset, deinde carnibus omnia illa operuit superne. quaecumque vero ossa maxime animata erant, pauciss imis consepsit carnibus, quae autem maxime inanimata intus, plurimis ac densissimis. atque etiam commissuris ossium, nisi ubi necessitatem aliquam ratio ostendebat earum adiiciendarum, paucas carnes appposuit, ut neque impedirent flexiones tardaque redderent corpora, quippe quae difficile sese tum motura essent, neque etiam multae et densae firmeque inter se constipatae, propter duritiam stuporem iniicientes, memoriam mentisque aciem praestringerent. quocirca femora et tibiae et coxarum natura et brachiorum cubitorumque ossa et quaecumque alia in nobis articulis carent omniaque quae intus ossa propter animi exiguitatem in medulla vacua sunt

νήσεως, ταῦτα πάντα ξυμπεπλήρωται σαρξίν, ὅσα δ' ἔμφρονα, ἧττον, εἰ μή πού τινα αὐτὴν καθ' αὑτὴν αἰσθήσεων ἕνεκα σάρκα οὕτω ξυνέστησεν, οἷον τὸ τῆς γλώττης εἶδος· τὰ δὲ πλεῖστα ἐκείνως· ἡ γὰρ ἐξ ἀνάγκης γιγνομένη καὶ ξυντρεφομένη φύσις οὐδαμῇ προσδέχεται πυκνὸν * ὀστοῦν B καὶ σάρκα πολλὴν ἅμα τε αὐτοῖς ὀξυήκοον αἴσθησιν· μάλιστα γὰρ ἂν αὐτὰ πάντων ἔσχεν ἡ περὶ τὴν κεφαλὴν ξύστασις, εἴπερ ἅμα ξυμπίπτειν ἠθελησάτην, καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος σαρκώδη ἔχον ἐφ'*) ἑαυτῷ καὶ νευρώδη κρατεράν τε κεφαλὴν βίον ἂν διπλοῦν καὶ πολλαπλοῦν καὶ ὑγιεινότερον καὶ ἀλυπότερον τοῦ νῦν κατεκτήσατο· νῦν δὲ τοῖς περὶ τὴν ἡμετέραν γένεσιν δημιουργοῖς, λογιζομένοις πότερον πολυχρονιώτερον χεῖρον * ἢ βραχυχρονιώτερον βέλτιον ἀπεργά- C σαιντο γένος, ξυνέδοξε τοῦ πλείονος βίου, φαυλοτέρου δὲ τὸν ἐλάττονα ἀμείνονα ὄντα πάντῃ †) πάντως αἱρετέον ††)· ὅθεν δὴ μανῷ μὲν ὀστῷ, σαρξὶ δὲ καὶ νεύροις κεφαλήν, ἅτε οὐδὲ καμπὰς ἔχουσαν, οὐ ξυνεστέγασαν. κατὰ πάντ' οὖν ταῦτα εὐαισθητοτέρα μὲν καὶ φρονιμωτέρα, πολὺ δὲ ἀσθενεστέρα παντὸς ἀνδρὸς προσετέθη κεφαλὴ σώματι. τὰ δὲ νεῦρα διὰ ταῦτα καὶ οὕτως ὁ θεὸς ἐπ' ἐσχάτην τὴν κεφαλὴν * περι- D στήσας κύκλῳ περὶ τὸν τράχηλον ἐκόλλησεν ὁμοιότητι, καὶ τὰς σιαγόνας ἄκρας αὐτοῖς ξυνέδησεν ὑπὸ τὴν φύσιν τοῦ προσώπου· τὰ δ' ἄλλα εἰς ἅπαντα τὰ μέλη διέσπειρε, ξυνάπτων ἄρθρον ἄρθρῳ. Τὴν δὲ δὴ τοῦ στόματος ἡμῶν δύναμιν ὁδοῦσι καὶ γλώττῃ καὶ χείλεσιν ἕνεκα τῶν ἀναγκαίων καὶ τῶν ἀρίστων διεκόσμησαν οἱ διακοσμοῦντες, ᾗ νῦν διατέτακται, τὴν μὲν εἴσοδον τῶν * ἀναγκαίων μηχα- E νώμενοι χάριν, τὴν δὲ ἔξοδον τῶν ἀρίστων· ἀναγκαῖον μὲν γὰρ πᾶν ὅσον εἰσέρχεται τροφὴν διδὸν τῷ σώματι, τὸ δὲ λύγων νᾶμα ἔξω ῥέον καὶ ὑπηρετοῦν φρονήσει κάλλιστον καὶ ἄριστον πάντων ναμάτων. Τὴν δ' αὖ κεφαλὴν οὔτε μόνον ὀστεΐνην ψιλὴν δυνατὸν ἐᾶν ἦν διὰ τὴν ἐν ταῖς ὥραις ἐφ' ἑκάτερον ὑπερβολήν, οὔτ' αὖ ξυσκιασθεῖσαν κωφὴν καὶ

---

*) γρ. ἐν †) γρ. παντὶ. ††) ἴσ. προαιρετέον ἢ πρὸ τοῦ πλείονος — αἱρετέον.

quum fuerint magnaeque eluviones annorum novem millium ſpatio (tot enim ab illo tempore ad praesens interceſſerunt anni) terra his temporibus et caſibus ab altis locis defluens neque aggerem, ut aliis in locis, congerit memorabilem et circumcirca ſemper circumfluens in profundum abit; relicta igitur ſunt, quemadmodum in morbis diuturnis, quaſi corporis iam aegrotantis oſſa, quippe terra circumfluente, quaecumque pinguis et mollis, et tenui tantum regionis corpore relicto. tum vero quum integra erat montes habebat colleſque excelſos et campos poſſidebat, qui nunc Phellei dicuntur, terra pingui refertos, et multas in montibus habebat ſylvas, quarum etiam adhuc manifeſta ſunt indicia; ſunt enim montes qui nunc quidem apibus ſolis alimentum praebent, in quibus vero non ita multo ante arbores caedebantur ad maximorum aedificiorum exſtructiones idoneae, quorum tecta ſunt adhuc ſalva. multae autem erant aliae ſativae arbores excelſae, et pabulum pecudibus immenſum proferebat. quin etiam quotannis aqua caeleſti fruebatur, non, ut nunc, eam amittens quippe fluentem a terra ſterili in mare, ſed multam habens et in ſemet ipſam ſuscipiens, argilla continente eam conſervans et abſorptam aquam ex alto in cava demittens, omnibus in locis praebebat largos fontium et fluminum latices, quorum etiam nunc adhuc in fontibus priſtinis ſacra relicta ſunt documenta veritatis eorum quae nunc de illa expoſuimus. Ac reliqua quidem regio natura ſe ſic habebat, et adornabatur, ut conſentaneum eſt, ab agricolis veris idque ipſum agentibus, pulchri et honeſti amantibus bonaque indole praeditis, terram porro optimam et aquam largiſſimam habentibus ſupraque terram caelum temperatiſſimum; urbs vero ſic inſtituta erat illo tempore. primum arx tunc non ita habebat ut nunc habet; nunc enim una

νῦν μὲν γὰρ μία γενομένη * νὺξ ὑγρὰ διαφερόντως γῆς *) 112
αὐτὴν ψιλὴν περιτήξασα πεποίηκε, σεισμῶν ἅμα καὶ πρὸ
τῆς ἐπὶ Λευκαλίωνος φθορᾶς τρίτου πρότερον ὕδατος ἐξαι-
σίου γενομένου **). τὸ δὲ πρὶν ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ μέγεθος μὲν
ἦν πρὸς τὸν Ἠριδανὸν καὶ τὸν Ἴλισσὸν ἀποβεβηκυῖα καὶ πε-
ριειληφυῖα ἐντὸς τὴν Πνύκα καὶ τὸν Λυκαβητὸν ὅρον ***)
ἐκ τοῦ καταντικρὺ τῆς Πυνκὸς ἔχουσα, γεώδης δ' ἦν πᾶ-
σα καὶ πλὴν ὀλίγων ἐπίπεδος ἄνωθεν. ᾠκεῖτο †) δὲ τὰ
μὲν ἔξωθεν, ὑπ' * αὐτὰ τὰ πλάγια αὐτῆς, ὑπὸ τῶν δη- B
μιουργῶν καὶ τῶν γεωργῶν ὅσοι πλησίον ἐγεώργουν· τὰ δ'
ἐπάνω τὸ μάχιμον αὐτὸ καθ' αὑτὸ μόνον γένος περὶ τὸ τῆς
Ἀθηνᾶς Ἡφαίστου τε ἱερὸν κατῳκήκει, οἷον μιᾶς οἰκίας κῆ-
πον ἑνὶ περιβόλῳ προσπεριβεβλημένοι ††). τὰ γὰρ πρὸς βορ-
ρᾶν αὐτῆς ᾤκουν οἰκίας κοινὰς καὶ ξυσσίτια χειμερινὰ κα-
τεσκευασμένοι καὶ πάντα ὅσα πρέποντα ἦν τῇ κοινῇ πολιτείᾳ
δι' οἰκοδομῆς ὧν χρεὼν †††) ὑπάρχειν αὐτῶν καὶ * τῶν ἱε- C
ρῶν, ἄνευ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου· τούτοις γὰρ οὐδὲν οὐδα-
μόσε προσεχρῶντο, ἀλλὰ τὸ μέσον ὑπερηφανίας καὶ ἀνελευθε-
ρίας μεταδιώκοντες (*) κοσμίας ᾠκοδομοῦντο οἰκήσεις, ἐν
αἷς αὐτοί τε καὶ ἐκγόνων ἔκγονοι καταγηρῶντες ἄλλοις
ὁμοίοις τὰς αὐτὰς ἀεὶ παρεδίδοσαν· τὰ δὲ πρὸς νότου κή-
πους καὶ γυμνάσια ξυσσίτιά τε ἀνέντες οἷα θέρους κατεχρῶν-
το ἐπὶ ταῦτα αὐτοῖς. κρήνη δ' ἦν μία κατὰ τὸν τῆς νῦν
ἀκροπόλεως τόπον, ἧς ἀποσβεσθείσης * ὑπὸ τῶν σεισμῶν D
τὰ νῦν νάματα (**) σμικρὰ κύκλῳ καταλέλειπται, τοῖς δὲ τότε
πᾶσι παρεῖχεν ἄφθονον ῥεῦμα, εὐκρὰς (***) οὖσα πρὸς χειμῶ-
νά τε καὶ θέρος. τούτῳ δὴ κατῴκουν τῷ σχήματι, τῶν μὲν
αὐτῶν πολιτῶν φύλακες, τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων ἡγεμόνες
ἑκόντων, πλῆθος δὲ διαφυλάττοντες ὅτι μάλιστα ταὐτὸν ἑαυ-
τῶν εἶναι πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, τὸ
δυνατὸν πολεμεῖν ἤδη καὶ τὸ ἔτι (†), περὶ δύο μάλιστα
ὄντες μυριάδας.

---

*) γρ. γῆν. **) γρ. σεισμόν — ἐξαισίου. τὸ δὲ κτλ.
***) ἴσ. ὅρος. †) γρ. ᾤκητο. ††) ἴσ. προσ-
περιβεβλημένον. †††) ἄλλ. οἰκοδομήσεων.
(*) γρ. διώκοντες. (**) γρ. ἃ μετὰ. ἄλλ. ὕδατα.
(***) γρ. εὐκρατὴς. (†) ἄλλ. κατὰ τὰ ἔτη.

nox insignite pluvia liquefecit eam vacuamque a terra reddidit, terrae motibus simul exortis et aqua ante eluvionem quae Deucalionis tempore fuerat tertio ad immensum aucta. priore altero tempore magnitudine erat ad Eridanum et Ilissum extensa, continebat in se Pnycem et Lycabetum montem e regione Pnycis habebat. terrena porro erat tota et paucis exceptis plana superne. incolebantur autem exteriora loca, ad ipsas obliquas eius partes, ab opificibus et agricolis quicumque in propinquo agrum colebant; supera bellicosum genus per se solum circa Minervae et Vulcani templum incolebat tamquam unius domi hortum uno septo cinctum. loca enim eius ad aquilonem conversa incolebant, domos communes et hibernacula aedificantes omniaque apparantes, quae communem decebat civitatem habere illorum templorumque aedificandorum causa, praeter aurum et argentum; his enim nusquam utebantur, sed id quod medium est inter superbiam et illiberalitatem consectantes modestas sibi exstruebant habitationes, in quibus et ipsi et posterorum posteri consenescentes aliis similibus easdem semper tradebant; australibus vero locis, hortis et gymnasiis et contuberniis relictis quippe aestate, utebantur hunc ad finem. fons erat unus ubi nunc arx sita est, quo exstincto a terrae motibus rivi qui nunc exstant exigui circumcirca relicti sunt; sed illis qui tunc vixerunt omnibus largum praebuit flumen, bene temperatus ad hiemem et aestatem. hac igitur ratione vivebant, civium quidem suorum custodes, reliquorum vero Graecorum duces volentium, idque spectantes ut quam maxime eadem semper multitudo esset virorum et mulierum, ad bellum gerendum nunc adhuc idonea, viginti millium numerum excedens.

* Οὗτοι μὲν οὖν δὴ τοιοῦτοί τε ὄντες αὐτοὶ καί τινα E
τοιοῦτον ἀεὶ τρόπον τήν τε ἑαυτῶν καὶ τὴν Ἑλλάδα δίκῃ
διοικοῦντες, ἐπὶ πᾶσαν Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν κατά τε σωμά-
των κάλλη καὶ κατὰ τὴν τῶν ψυχῶν παντοίαν ἀρετὴν ἐλλό-
γιμοί τε ἦσαν καὶ ὀνομαστότατοι πάντων τῶν τότε· τὰ δὲ *)
δὴ τῶν ἀντιπολεμησάντων αὐτοῖς οἷα αὖ ἦν ὥς τε ἀπ' ἀρ-
χῆς ἐγένετο, μνήμης ἂν μὴ στερηθῶμεν ὧν ἔτι παῖδες ὄντες
ἠκούσαμεν, εἰς τὸ μέσον αὐτὰ νῦν ἀποδώσομεν ὑμῖν τοῖς
φίλοις εἶναι κοινά.

Τὸ δ' ἔτι βραχὺ πρὸ τοῦ λόγου δεῖ δηλῶσαι, μὴ πολ- 113
λάκις ἀκούοντες * Ἑλληνικὰ βαρβάρων ἀνδρῶν ὀνόματα θαυ-
μάζητε· τὸ γὰρ αἴτιον αὐτῶν πεύσεσθε. Σόλων **) ἐπινοῶν
εἰς τὴν αὐτοῦ ποίησιν καταχρήσασθαι τῷ λόγῳ, διαπυνθα-
νόμενος τὴν τῶν ὀνομάτων δύναμιν, εὗρε τούς τε Αἰγυπτίους
τοὺς πρώτους ἐκείνους αὐτὰ γραψαμένους εἰς τὴν αὑτῶν
φωνὴν μετενηνοχότας, αὐτός τε αὖ πάλιν ἕκάστου τὴν διά-
νοιαν ὀνόματος ἀναλαμβάνων εἰς τὴν ἡμετέραν ἄγων * φω- B
νὴν ἀπεγράφετο. καὶ ταῦτά γε δὴ τὰ γράμματα παρὰ τῷ
πάππῳ τ' ἦν καὶ ἔτ' ἐστὶ παρ' ἐμοὶ νῦν διαμεμελέτηταί τε
ὑπ' ἐμοῦ παιδὸς ὄντος. ἂν οὖν ἀκούητε τοιαῦτα οἷα καὶ
τῇδε ὀνόματα, μηδὲν ὑμῖν ἔστω θαῦμα· τὸ γὰρ αἴτιον αὐ-
τῶν ἔχετε. μακροῦ δὲ δὴ λόγου ἡ ἀρχὴ τότε ***).

Καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέχθη περὶ τῆς τῶν θεῶν
λήξεως, ὅτι κατενείμαντο γῆν πᾶσαν ἔνθα μὲν μείζους λή-
ξεις, ἔνθα δὲ καὶ ἐλάττους, ἱερά τε αὐτοῖς * κατα- C
σκευάζοντες, οὕτω δὴ καὶ τὴν νῆσον Ποσειδῶν τὴν Ἀτλαν-
τίδα λαχὼν ἐκγόνους ἑαυτοῦ κατῴκισεν ἐκ θνητῆς γυναικὸς
γεννήσας ἔν τινι τόπῳ τοιῷδε τῆς νήσου· πρὸς θαλάττῃ †)
μέν, κατὰ δὲ μέσον πάσης πεδίον ἦν, ὃ δὴ πάντων πε-
δίων ††) κάλλιστον ἀρετῇ τε ἱκανὸν γενέσθαι λέγεται· πρὸς
τῷ πεδίῳ δ' αὖ κατὰ μέσον σταδίους ὡς πεντήκοντα ἀφε-
στὸς ἦν ὄρος βραχὺ πάντῃ. τούτῳ δ' ἦν ἔνοικος τῶν ἐκεῖ
κατὰ ἀρχὰς ἐκ γῆς ἀνδρῶν γεγονότων Εὐήνωρ μὲν τοῦνο-

---

*) γρ. τάγε. **) ἄλλ. Σόλωνα ἔτ'.
***) ἄλλ. τοιάδε τις ἦν ἀρχὴ τότε.
†) ἄλλ. θαλάττης. ††) γρ. πιδίον.

Hi igitur quia tales fuerunt ipſi et hac fere ratione et ſuam civitatem et Graeciam iuſte adminiſtrarunt, eo per univerſam Europam et Aſiam propter corporis pulchritudinem multasque animi virtutes ſpectati fuerunt atque clariſſimi omnium qui tum vixerunt. adverſariorum autem res quomodo ſe habuerint et ab initio conſtitutae fuerint, quantum memoriam conſervavimus eorum quae pueri audivimus, in medium nunc proferemus vobiscum amicis ea communicantes.

Hoc adhuc exiguum ante narrationem nos indicare oportet, ne forte graeca barbarorum virorum nomina audientes miremini; cauſam enim eorum percipietis. Solon videlicet quum in animo haberet ad poëſin ſuam adhibere narrationem, ſciſcitans de nominum vi comperit Aegyptios illos primos ea conſignaſſe in ſuam linguam translata, ipſe rurſus cuiusque ſignificationem nominis accepit et in noſtram traducens linguam perſcripſit. et haec quidem ſcripta apud avum meum erant et adhuc ſunt apud me nunc et puer quum eſſem me in illis exercui. quodſi igitur audietis talia nomina qualia hic quoque uſurpantur, ne id vobis admirationem iniiciat; cauſam enim eius rei tenetis. longae autem narrationis hoc tum fuit exordium.

Quemadmodum ſupra expoſuimus de ſortitione deorum, terram eos univerſam distribuiſſe hic in maiores, illic in minores portiones, templa et ſacrificia ſibi apparantes, ita etiam inſulam Neptunus Atlantidem ſortitus liberos ſuos quos e mortali muliere ſuscepérat in tali fere inſulae loco collocavit; ad mare videlicet media in inſula univerſa campus erat, qui omnium camporum pulcherrimus eximiaque dicitur fuiſſe bonitate; ad campum rurſus in medio ſtadiis fere quinquaginta diſtans erat mons brevis usquequaque. in hoc habitabat eorum aliquis qui ibi a principio e terra orti erant, nomine

μα, γυναικὶ * δὲ ξυνοικῶν Λευκίππῃ· Κλειτὼ δὲ μονο- D
γενῆ θυγατέρα ἐγεννησάσθην. ἤδη δ' εἰς ἀνδρὸς ὥραν
ἡκούσης τῆς κόρης ἥ τε μήτηρ τελευτᾷ καὶ ὁ πατήρ, αὐ-
τῆς δὲ εἰς ἐπιθυμίαν Ποσειδῶν ἐλθὼν ξυμμίγνυται, καὶ τὸν
γήλοφον, ἐν ᾧ κατῴκιστο *), ποιῶν εὐερκῆ περιῤῥήγνυσι κύ-
κλῳ, θαλάττης γῆς τε ἐναλλὰξ ἐλάττους μείζους τε περὶ ἀλ-
λήλους ποιῶν τροχούς, δύο μὲν γῆς, θαλάττης δὲ τρεῖς οἷον
τορνεύων ἐκ μέσης τῆς νήσου, πάντῃ ἴσον ἀφεστῶτας, ὥστε
ἄβατον * ἀνθρώποις εἶναι· πλοῖα γὰρ καὶ τὸ πλεῖν οὔπω E
τότ' ἦν. αὐτὸς δὲ τήν τε ἐν μέσῳ νῆσον οἷα δὴ θεὸς εὐ-
μαρῶς διεκόσμησεν, ὕδατα μὲν διττὰ ὑπὸ γῆς ἄνω πηγαῖα
κομίσας, τὸ μὲν θερμόν, ψυχρὸν δὲ ἐκ κρήνης ἀποῤῥέον ἕτε-
ρον, τροφὴν δὲ παντοίαν καὶ ἱκανὴν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδούς.
παίδων δὲ ἀῤῥένων πέντε γενέσεις **) διδύμους γεννησάμε-
νος ἐθρέψατο, καὶ τὴν νῆσον τὴν Ἀτλαντίδα πᾶσαν δέκα
μέρη κατανείμας τῶν μὲν πρεσβυτάτων ***) τῷ προτέρῳ γε-
νομένῳ * τήν τε μητρῴαν οἴκησιν καὶ τὴν κύκλῳ λῆξιν, 114
πλείστην καὶ ἀρίστην οὖσαν, ἀπένειμε, βασιλέα τε τῶν ἄλ-
λων †) κατέστησε, τοὺς δὲ ἄλλους ἄρχοντας, ἑκάστῳ δὲ ἀρ-
χὴν πολλῶν ἀνθρώπων καὶ τόπον πολλῆς ††) χώρας ἔδω-
κεν. ὀνόματα δὲ πᾶσιν ἔθετο, τῷ μὲν πρεσβυτάτῳ καὶ βασι-
λεῖ τοῦτο †††) οὗ δὴ καὶ πᾶσα ἡ νῆσος τό τε πέλαγος ἔσχεν
ἐπωνυμίαν, Ἀλαντικὸν λεχθὲν ὅτι τοὔνομ' ἦν τῷ πρώτῳ βα-
σιλεύσαντι τότε Ἄτλας· τῷ δὲ διδύμῳ * μετ' ἐκεῖνόν τε (*) B
γενομένῳ, λῆξιν δὲ ἄκρας τῆς νήσου πρὸς Ἡρακλείων στη-
λῶν εἰληχότι ἐπὶ τὸ τῆς Γαδειρικῆς νῦν χώρας κατ' ἐκεῖνον
τὸν τόπον ὀνομαζομένης (**), Ἑλληνιστὶ μὲν Εὔμηλον, τὸ
δ' ἐπιχώριον Γάδειρον· ὅπερ ἂν τὴν ἐπίκλησιν ταύτην ὄνο-
μα παράσχοι (***). τοῖν δὲ δευτέροιν γενομένοιν τὸν μὲν Ἀμ-
φήρη, τὸν δὲ Εὐδαίμονα (†) ἐκάλεσε· τρίτοις (††) δέ, Μνησέα
μὲν τῷ προτέρῳ γενομένῳ, τῷ δὲ μετ' αὐτὸν Αὐτόχθονα·

*) γρ. κατῴκισται. **) γρ. πέντε δὲ ἀῤῥένων πέντε γεννήσεις. ***) γρ. τῷ μὲν πρεσβυτάτῳ. ἴσ. τῷ μὲν προτέρῳ. †) γρ. ὅλων. ††) γρ. καὶ πολλῆς. †††) γρ. τούτῳ. (*) γρ. τότε. (**) ἴσ. ἐπὶ τὸν τόπον τ. Γ. ν. χ. κατ' ἐκεῖνον ὀνομ. (***) ἄλλ. ὅ πέρ τ' ἦν ἐπίκλην, ταύτῃ ὄνομα παράσχοι.
(†) ἄλλ. Εὐαίμονα. (††) γρ. τριττοῖς.

Euenor, qui uxorem habebat Leucippen; Clitonem unicam filiam genuerant. quae quum iam in aetatem veniſſet viro maturam, mortui ſunt pater et mater, Neptunus vero amore captus cum ea concubat collemque in quo habitabat bene communit et circumcirca abrumpit, maris et terrae alternis minores et maiores inter ſe efficiens orbes, duos quidem terrae, maris vero tres quaſi tornans e media inſula, plane aequaliter diſtantes, ita ut adiri ab hominibus non poſſit; navigia enim et navigatio nondum tunc erant. ipſe vero inſulam in medio ſitam quippe deus nullo negotio diſpoſuit, duplicem aquam e terra ſurſum fontanam ducens, calidam unam, alteram frigidam e fonte manantem, alimentum varium et quod ſatis erat e terra proferens. liberorum autem maſculorum quinque partus geminos genuit et educavit, et inſulam Atlantidem univerſam decem in partes quum diviſiſſet, maiori natu maternam habitationem ſortemque quae circum erat, maximam illam quidem et optimam, tribuit et regem hunc ceterorum conſtituit ceterosque praefectos, cuique vero imperium in multos homines multumque terrae dedit. nomina quoque omnibus impoſuit, et maximo quidem natu ac regi hoc, e quo tota inſula et mare nominata ſunt, Atlantica dicta propterea quod nomen erat primo tum regnanti Atlas; et gemino poſt illum nato qui ſortem extremae inſulae ad columnas Herculis adeptus erat in regione quae nunc ex illo Gaditana nominata eſt, graecum nomen Eumelo dedit, et vernaculum Gadiro; quod quidem nomen appellationem illi praebuit. ſecundo partu editorum unum Ampherem, alterum Eudaemonem vocavit; tertio partu editorum maiorem natu Mneſeum nominavit, minorem Autochthonem; quartorum

τῶν δὲ τεττάρτων * Ἐλάσιππον μὲν τὸν πρότερον, Μήστορα C
δὲ τὸν ὕστερον· ἐπὶ δὲ τοῖς πέμπτοις *) τῷ μὲν ἔμπροσθεν Ἀζάης ὄνομα ἐτέθη, τῷ δ' ὑστέρῳ Διαπρεπής. οὗτοι δὴ πάντες αὐτοί τε καὶ ἔκγονοι τούτων ἐπὶ γενεὰς παμπόλλας ᾤκουν ἄρχοντες μὲν πολλῶν ἄλλων κατὰ τὸ πέλαγος νήσων, ἔτι δέ, ὥσπερ καὶ πρότερον ἐρρήθη, μέχρι τε Αἰγύπτου καὶ Τυρρηνίας τῶν ἐντὸς δεῦρο ἐπάρχοντες. Ἄτλαντος δὴ πολὺ μὲν ἄλλο καὶ τίμιον γίγνεται γένος, * βασιλεὺς δὲ ὁ πρεσβύτα- D
τος ἀεὶ τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν ἐκγόνων παραδιδοὺς ἐπὶ γενεὰς πολλὰς τὴν βασιλείαν διέσωζον, πλοῦτον μὲν κεκτημένοι πλήθει τοσοῦτον ὅσος οὔτε πω πρόσθεν ἐν δυναστείαις τισὶ βασιλέων γέγονεν οὔτε ποτὲ ὕστερον γενέσθαι ῥᾴδιος· κατεσκευασμένα δὲ πάντα ἦν αὐτοῖς ὅσα ἐν πόλει καὶ ὅσα κατὰ τὴν ἄλλην **) *** αὐτοῖς προσῆει ἔξωθεν, πλεῖστα δὲ ἡ νῆσος * αὐτὴ παρείχετο εἰς τὰς τοῦ βίου κατασκευάς, πρῶτον μὲν E
ὅσα ὑπὸ μεταλλείας ὀρυττόμενα στερεὰ καὶ ὅσα τηκτὰ γέγονε· καὶ τὸ νῦν ὀνομαζόμενον μόνον ***), τότε δὲ πλέον ὀνόματος †) ἦν τὸ γένος ἐκ γῆς ὀρυττόμενον ὀρειχάλκου ††) κατὰ τόπους πολλοὺς τῆς νήσου, πλὴν χρυσοῦ τιμιώτατον ἐν τοῖς τότε ὄν· καὶ ὅσα ὕλη πρὸς τὰ τῶν τεκτόνων διαπονήματα παρέχεται, πάντα φέρουσα ἄφθονα, τά τε αὖ περὶ τὰ †††) ζῶα ἱκανῶς ἤμερα καὶ ἄγρια τρέφουσα. καὶ δὴ καὶ ἐλεφάντων ἦν ἐν αὐτῇ γένος πλεῖστον· νομὴ γὰρ τοῖς τε ἄλλοις ζώοις, ὅσα καθ' ἕλη καὶ λίμνας καὶ ποταμοὺς ὅσα τ' αὖ κατ' ὄρη * καὶ ὅσα ἐν τοῖς πεδίοις νέμεται, ξύμπασι 115
παρῆν ἄδην, καὶ τούτῳ (*) κατὰ ταὐτὰ τῷ ζώῳ, μεγίστῳ πεφυκότι καὶ πολυβορωτάτῳ. πρὸς δὴ τούτοις, ὅσα εὐώδη τρέφει που γῆ τὰ νῦν, ῥιζῶν ἢ χλόης ἢ ξύλων ἢ χυλῶν στακτῶν (**) εἴτε ἀνθῶν εἴτε καρπῶν, ἔφερέ τε ταῦτα καὶ ἔφερβεν εὖ. ἔτι δὲ τὸν ἥμερον καρπόν, τόν τε ξηρὸν ὃς ἡμῖν τροφῆς ἕνεκα (***), καὶ ὅσοις χάριν τοῦ σίτου προσχρώ-

*) γρ. τῆς πέμπτης. **) ἄλλ. ἄλλην χώραν τῶν πρὸς χρῆσιν ζητουμένων ἐστί. καὶ πολλὰ μὲν διὰ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς κτλ. ἄλλην χώραν ἣν ἔργον κατασκευάσασθαι. πολλὰ μὲν γὰρ διὰ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς. ***) γρ. ὀνομαζόμενον, τότε. †) γρ. ὀνομαστὸν. ††) γρ. ὀρείχαλκον. †††) γρ. περιττὰ. (*) γρ. παρῆν. ἀλλ ἦν καὶ τοῦτο. (**) γρ. ἢ στακτῶν. (***) ἄλλ. ἕνεκά ἐστι.

geminorum priorem Elaſippum, poſteriorem Meſtorem; et quintorum geminorum ſuperiori Azai nomen inditum, inferiori Diaprepi. hi igitur omnes et ipſi et liberi eorum permulta ſecula habitaverunt ibi imperantes quum multis aliis in mari ſitis inſulis, tum, quemadmodum ſupra dictum eſt, usque ad Aegyptum et Tyrrheniam in eos qui intra ad nos verſus habitabant imperium habentes. et Atlantis quidem genus omnino copioſum et honoratum exſtitit, et quum natu maximus ſemper maximo filiorum regnum traderet, in multa ſecula id conſervarunt, divitias poſſidentes tantas quantae numquam ante in regum dominationibus fuerant neque umquam poſt facile poterunt comparari; parata autem omnia eis erant quaecumque in urbe et quaecumque in reliqua terra uſus poſcebat; et multa quidem eis propter imperium foris accedebant, plurima vero inſula ipſa ſuppeditabat ad vitam adornandam neceſſaria, primum quae e terra foſſa ſolida ſunt et quae liquefieri poſſunt; et quod nunc nominatur tantum, tunc vero plus erat quam nomen, aurichalci genus e terra fodiebatur multis in locis inſulae, auro excepto pretioſiſſimum eorum quae tunc erant; et quaecumque ſilva ad fabrorum opera ſuppeditat, ea omnia proferebat larga; et animantia abunde manſueta et immania alebat. atque etiam elephantorum in ea genus erat plurimum; pabulum enim quum ceteris animantibus, quaecumque in paludibus et ſtagnis et fluviis, quaecumque in montibus et quaecumque in campis paſcuntur, omnibus aderat abunde, tum etiam huic beſtiae, maximae et voraciſſimae. praeterea quaecumque bene olentia nutrit nunc uspiam terra, radices vel gramina vel ligna vel ſuccos liquidos ſive florum ſive fructuum, ea proferebat beneque alebat. ad haec ſativum fructum ficcumque qui nobis alimento eſt omnesque quibus pro

μεθα (καλοῦμεν δὲ αὐτοῦ τὰ μέρη ξύμπαντα ὄσπρια) * καὶ B
τὸν ὅσος ξύλινος, πώματα καὶ βρώματα καὶ ἀλείμματα φέ-
ρων, παιδιᾶς τε ὃς ἕνεκα καὶ ἡδονῆς γέγονε δυσθησαύριστος
ἀκροδρύων καρπός, ὅσα τε παραμύθια πλησμονῆς μεταδόρπια
ἀγαπητὰ κάμνοντι τίθεμεν, ἅπαντα (†) ταῦτα ἡ τότε πο-
τὲ οὖσα ὑφ' ἡλίῳ νῆσος ἱερὰ καλά τε καὶ θαυμαστὰ καὶ
πλήθεσιν ἄπειρα ἔφερε. ταῦτα οὖν λαμβάνοντες πάντα πα-
ρὰ τῆς γῆς κατεσκευάζοντο τά τε ἱερὰ καὶ τὰς βασιλικὰς
οἰκήσεις * καὶ τοὺς λιμένας καὶ τὰ νεώρια καὶ ξύμπασαν C
τὴν ἄλλην χώραν, τοιᾷδε ἐν τάξει διακοσμοῦντες.

Τοὺς τῆς θαλάττης τροχούς, οἳ περὶ τὴν ἀρχαίαν ἦσαν
μητρόπολιν, πρῶτον μὲν ἐγεφύρωσαν, ὁδὸν ἔξω καὶ ἐπὶ τὰ
βασίλεια ποιούμενοι· τὰ δὲ βασίλεια ἐν ταύτῃ τῇ τοῦ θεοῦ
καὶ τῶν προγόνων κατοικήσει κατ' ἀρχὰς ἐποιήσαντο εὐθύς,
ἕτερος δὲ παρ' ἑτέρου δεχόμενος, κεκοσμημένα κοσμῶν, ὑπερ-
εβάλλετο εἰς δύναμιν * ἀεὶ τὸν ἔμπροσθεν, ἕως εἰς ἔκπλη- D
ξιν μεγέθεσι κάλλεσί τε ἔργων ἰδεῖν τὴν οἴκησιν ἀπειργάσαν-
το. διώρυχα μὲν γὰρ ἐκ τῆς θαλάττης ἀρχόμενοι τρίπλεθρον
τὸ πλάτος, ἑκατὸν δὲ ποδῶν βάθος, μῆκος δὲ πεντήκοντα
σταδίων, ἐπὶ τὸν ἐξωτάτω τροχὸν ξυνέτρησαν, καὶ τὸν ἀνά-
πλουν ἐκ τῆς θαλάττης ταύτῃ *) πρὸς ἐκεῖνον ὡς εἰς λιμένα
ἐποιήσαντο, διελόντες στόμα ναυσὶ ταῖς μεγίσταις ἱκανὸν εἰς-
πλεῖν. καὶ δὴ καὶ τοὺς τῆς γῆς τροχούς, οἳ τοὺς * τῆς θα- E
λάττης διεῖργον, κατὰ τὰς γεφύρας διεῖλον ὅσον μιᾷ τριήρει
διέκπλουν εἰς ἀλλήλους, καὶ κατεστέγασαν ἄνωθεν, ὥστε τὸν
ὑπόπλουν κάτωθεν εἶναι· τὰ γὰρ τῶν τῆς γῆς τροχῶν χείλη
βάθος εἶχεν ἱκανὸν ὑπερέχοντα **) τῆς θαλάττης. ἦν δὲ ὁ
μὲν μέγιστος τῶν τροχῶν, εἰς ὃν ἡ θάλασσα ξυνετέτρητο,
τριστάδιος τὸ πλάτος, ὁ δ' ἐξῆς τῆς γῆς ἴσος ἐκείνῳ· τοῖν δὲ
δευτέροιν ὁ μὲν ὑγρὸς δυοῖν σταδίοιν πλάτος, ὁ δὲ ξηρὸς
ἴσος αὖ πάλιν τῷ πρόσθεν ὑγρῷ· σταδίου δὲ ὁ περὶ αὐτὴν
τὴν ***) ἐν μέσῳ νῆσον περιθέων. ἡ δὲ νῆσος * ἐν ᾗ τὰ 116
βασίλεια ἦν, πέντε σταδίων τὴν διάμετρον εἶχε. ταύτην δὴ

(†) γρ. τιθέμενα, πάντα.
*) γρ. ταύτης.
*ε) ἄλλ. ὑπερέχον. **) γρ. τὴν αὐτήν.

cibo utimur (vocamus autem omnes eius partes legumina) et eum qui ligneus eſt, potulenta et eſculenta et unguenta ferens, porro qui ludi et oblectationis cauſa exſtitit arborum fructus aſſervatu difficilis, et quae ſatietatis levamina bellaria languenti accepta apponimus, omnia haec inſula quae tum ſub ſole erat ſacra pulchra et admirabilia et ad numerum infinita proferebat. et haec quidem accipientes omnia a terra exſtruxerunt templa, regias habitationes, portus, navalia univerſamque reliquam terram, hoc ordine omnia conſtituentes.

Maris orbes, qui priſtinam urbem primariam circumdabant, primum ponte iunxerunt, viam extra et ad regiam munientes; et regiam in hoc dei et maiorum domicilio initio exſtruxerant ſtatim, alter vero ab altero accipiens ornata ornando ſuperabat pro viribus proxime quemque antecedentem, donec propter magnitudinem et pulchritudinem operum admirabile viſu effecerunt aedificium. foſſam enim tria iugera latam, centum pedes altam et quinquaginta ſtadia longam a mari ad extimum orbem foderunt, et recurſum e mari ad hunc tamquam in portum fecerunt, os diducentes ut maximae naves invehi poſſent. atque etiam terrae orbes, qui maris orbes interſepiebant, pontibus diviſerunt ita ut una tantum triremis ab uno ad alterum pervehi poſſet, et intexerunt ſuperne, ut ſubtus fieret navigatio; terrae enim orbium labra altitudinem ſatis magnam habebant ut ſupra mare eminerent. erat autem maximus orbium is in quem mare perforatum erat, tria ſtadia latus, proximus terrae aequalis illi; duorum ſequentium fluidus duo ſtadia latus, ſiccus vero aequalis rurſus fluido priori, et ſtadium is latus erat qui ipſam in medio ſitam inſulam ambibat. inſula vero, in qua regia erat, quinque ſtadiorum lineam mediam habebat. hanc igitur et or-

κύκλῳ καὶ τοὺς τροχοὺς καὶ τὴν γέφυραν πλεθριαίαν τὸ πλάτος οὖσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν λιθίνῳ περιεβάλλοντο τείχει, πύργους καὶ πύλας ἐπὶ τῶν γεφυρῶν κατὰ τὰς τῆς θαλάττης διαβάσεις ἑπασταχόσε ἐπιστήσαντες. τὸν δὲ λίθον ἔτεμνον ὑπὸ τῆς νήσου κύκλῳ τῆς (†) ἐν μέσῳ καὶ ὑπὸ τῶν τροχῶν ἔξωθεν καὶ ἐντός, τὸν μὲν λευκόν, τὸν δὲ μέλανα, τὸν δὲ ἐρυθρὸν ὄντα· τέμνοντες * δὲ ἅμα ἀπειργάζοντο B νεωσοίκους κοίλους διπλοῦς ἐντός, κατηρεφεῖς αὐτῇ τῇ πέτρᾳ. καὶ τῶν οἰκοδομημάτων τὰ μὲν ἁπλᾶ, τὰ δὲ μιγνύντες τοὺς λίθους ποικίλα ὕφαινον παιδιᾶς χάριν, ἡδονὴν αὐτοῖς ξύμφυτον ἀπονέμοντες· καὶ τοῦ μὲν περὶ τὸν ἐξωτάτω τροχὸν τείχους χαλκῷ περιελάμβανον πάντα τὸν περίδρομον, οἷον ἀλοιφῇ προσχρώμενοι, τοῦ δ' ἐντὸς καττιτέρῳ περιέτηκον, τὸν δὲ περὶ αὐτὴν τὴν ἀκρόπολιν ὀρειχάλκῳ * μαρμα- C ρυγὰς ἔχοντι πυρώδεις. Τὰ δὲ δὴ τῆς ἀκροπόλεως ἐντὸς βασίλεια κατεσκευασμένα ὧδ' ἦν. ἐν μέσῳ μὲν ἱερὸν ἅγιον αὐτόθι τῆς τε Κλειτοῦς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος ἄβατον ἀφεῖτο, περιβόλῳ χρυσῷ περιβεβλημένον, τοῦτ' ἐν ᾧ κατ' ἀρχὰς ἐφίτυσαν καὶ ἐγέννησαν *) τὸ τῶν δέκα βασιλειδῶν γένος· ἔνθα καὶ κατ' ἐνιαυτὸν ἐκ πασῶν τῶν δέκα λήξεων ὡραῖα αὐτόσε ἀπετέλουν ἱερὰ ἐκείνων ἑκάστῳ. τοῦ δὲ Ποσειδῶνος αὐτοῦ νεὼς ἦν, σταδίου μὲν μῆκος, * εὖρος δὲ τρισὶ πλέ- D θροις **), ὕψος δὲ ἐπὶ τούτοις ξύμμετρον ἰδεῖν, εἶδος δέ τι βαρβαρικὸν ἔχοντος. πάντα δὲ ἔξωθεν περιήλειψαν τὸν νεὼν ἀργύρῳ, πλὴν τῶν ἀκρωτηρίων, τὰ δὲ ἀκρωτήρια χρυσῷ. τὰ δὲ ἐντός, τὴν μὲν ὀροφὴν ἐλεφαντίνην ἰδεῖν πᾶσαν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ ὀρειχάλκῳ πεποικιλμένην, τὰ δὲ ἄλλα πάντα τῶν τοίχων τε καὶ κιόνων καὶ ἐδάφους ὀρειχάλκῳ περιέλαβον. χρυσᾶ δὲ ἀγάλματα ἐνέστησαν, τὸν μὲν θεὸν ἐφ' ἅρματος ἑστῶτα ἓξ ὑποπτέρων ἵππων * ἡνίοχον, αὐτόν τε ὑπὸ μεγέ- E θους τῇ κορυφῇ τῆς ὀροφῆς ἁπτόμενον, Νηρῇδας δὲ ἐπὶ δελφίνων ἑκατὸν κύκλῳ· τοσαύτας γὰρ ἐνόμιζον αὐτὰς οἱ τότε εἶναι. πολλὰ δ' ἐντὸς ἄλλα ἀγάλματα ἰδιωτῶν ἀναθήματα ἐνῆν.

(†) *γρ.* τοῖς.
*) *γρ.* ἐφικτὸν ἐγεννήσαντο.
**) *ἰσ.* τριπλέθροις.

bes pontemque unum ferè iugerum latum circumcirca hinc illincque lapideo cinxerunt muro, turres portasque pontibus in maris traiectionibus quoquoverſus imponentes. lapidem vero excidebant ſub inſula circumcirca in medio ſita et ſub orbibus extra et intus, unum album, alterum nigrum, tertium rubrum; excidentes autem ſimul fecerunt navalia cava duplicia intus, tecta ipſo ſaxo. atque aedificia alia ſimplicia, alia lapides miſcentes varia conſtruxerunt per ludum et iocum oblectationem eis naturalem tribuentes: ac muri quidem orbem extimum cingentis aere complexi ſunt totum circuitum, quaſi illinentes eum, interioris ambitum ſtanno obduxerunt, eum vero qui ipſam arcem circumdabat aurichalco fulgorem habente igneum. Regia intra arcem ita erat exſtructa. in medio templum erat Clitoni et Neptuno conſecratum inacceſſum, ſeptis aureis cinctum, illud in quo initio ortum et procreatum erat decem regis filiorum genus, ubi etiam quotannis ex omnibus decem partibus confluentes ſolemnia faciebant ſacra illorum cuique. Neptuni ipſius templum ſtadium erat longum, tria fere iugera latum et altitudinem habebat cum his congruentem ad adſpectum, ſpeciem autem quandam barbaricam ipſe exhibebat. totum vero templum extrinſecus argento obduxerant praeter faſtigia, quae auro ornata erant. et quod ad interiores partes attinet, lacunar eburneum totum auro et argento et aurichalco diſtinctum erat, reliqua vero omnia, parietes et columnas et pavimentum, aurichalco circumcluſerant. aureas quoque ſtatuas in eo collocaverant, et deum quidem in curru ſtantem ſex alatorum equorum rectorem, ipſum vero ob magnitudinem vertice lacunar contingentem, et Nereides delphinis inſidentes centum circumcirca; tot enim putabant eas memoriae illius homines eſſe. multa intus alia ſimulacra

περὶ δὲ τὸν νεὼν ἔξωθεν εἰκόνες ἁπάντων ἕστασαν ἐκ χρυσοῦ, τῶν γυναικῶν καὶ αὐτῶν ὅσοι τῶν δέκα ἐγεγόνεσαν βασιλέων, καὶ πολλὰ ἕτερα ἀναθήματα μεγάλα τῶν τε βασιλέων καὶ ἰδιωτῶν ἐξ αὐτῆς τε τῆς πόλεως καὶ τῶν ἔξωθεν ὅσων ἐπῆρχον. βωμός τε δὴ ξυνεπόμενος ἦν τὸ μέγεθος καὶ * τὸ 117
τῆς ἐργασίας ταύτῃ τῇ κατασκευῇ, καὶ τὰ βασίλεια κατὰ ταὐτὰ πρέποντα μὲν τῷ τῆς ἀρχῆς μεγέθει, πρέποντα δὲ τῷ περὶ τὰ ἱερὰ κόσμῳ. ταῖς δὲ δὴ κρήναις, τῇ τοῦ ψυχροῦ καὶ τῇ τοῦ θερμοῦ νάματος, πλῆθος μὲν ἄφθονον ἐχούσαις, ἡδονῇ δὲ καὶ ἀρετῇ τῶν ὑδάτων πρὸς ἑκατέρου *) τὴν χρῆσιν θαυμαστοῦ πεφυκότος, ἐχρῶντο περιστήσαντες οἰκοδομήσεις καὶ δένδρων φυτεύσεις πρεπούσας ὕδασι, δεξαμενάς τε αὖ τὰς **) μὲν ὑπαιθρίους, * τὰς δὲ χειμερινὰς τοῖς θερμοῖς B
λουτροῖς ὑποστέγους περιτιθέντες, χωρὶς μὲν βασιλικάς, χωρὶς δὲ ἰδιωτικάς, ἔτι δὲ γυναιξὶν ἄλλας καὶ ἑτέρας ἵπποις καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποζυγίοις, τὸ πρόσφορον τῆς κοσμήσεως ἑκάστοις ἀπονέμοντες. τὸ δὲ ἀποῤῥέον ἦγον ἐπὶ τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἄλσος, δένδρα ***) παντοδαπὰ κάλλος ὕψος τε δαιμόνιον ὑπὸ ἀρετῆς τῆς γῆς ἔχοντα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἔξω κύκλους δι' ὀχετῶν κατὰ τὰς γεφύρας ἐπωχέτευον. * οὗ δὴ C
πολλὰ μὲν ἱερὰ καὶ πολλῶν θεῶν, πολλοὶ δὲ κῆποι καὶ γυμνάσια ἐκεχειρούργητο, τὰ μὲν ἀνδρῶν, τὰ δὲ ἵππων χωρὶς ἐν ἑκατέρᾳ τῇ τῶν τροχῶν νήσῳ, τά τε ἄλλα καὶ κατὰ μέσην τὴν μείζω τῶν νήσων ἐξῃρημένος ἱππόδρομος ἦν αὐτοῖς, σταδίου τὸ πλάτος ἔχων, τὸ δὲ μῆκος περὶ τὸν κύκλον ὅλον ἀφεῖτο εἰς ἅμιλλαν τοῖς ἵπποις. δορυφορικαὶ δὲ περὶ αὐτὸν ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν οἰκήσεις ἦσαν τῷ πλήθει τῶν δορυφόρων· τοῖς δὲ * πιστοτέροις ἐν τῷ σμικροτέρῳ τροχῷ καὶ D
πρὸς †) τῆς ἀκροπόλεως μᾶλλον ὄντι διετέτακτο ἡ φρουρά, τοῖς δὲ πάντων διαφέρουσι πρὸς πίστιν ἐντὸς τῆς ἀκροπόλεως περὶ τοὺς βασιλέας αὐτοὺς ἦσαν οἰκήσεις δεδομέναι. τὰ δὲ νεώρια τριήρων μεστὰ ἦν καὶ σκευῶν ὅσα τριήρεσι προς-

---

*) ἴσ. ἑκατέρου πρός.
**) γρ. αὐτὰς. ἄλλ. θερμὰς.
***) γρ. δένδρα δέ. ἴσ. ἐν ᾧ δένδρα παντ.
†) γρ. πρὸ.

a privatis dedicata inerant. circa templum foris imagines omnium ſtabant aureae, mulierum ipſorumque qui a decem illis regibus orti erant, et multa alia donaria magna regum et privatorum tam ex ipſa urbe quam externis regionibus quibus imperabant. ara magnitudine et confectione huic apparatui reſpondebat, itemque regia conveniens erat tam imperii magnitudini quam templi ornatui. fontibus porro utebantur, uno frigidae, altero calidae aquae, copioſiſſime fluentibus, quorum utraque aqua admirabilem ad uſum amoenitatem et bonitatem habebat. circum hos poſuerant aedificia arboresque conſeverant aquis convenientes, et receptacula quoque alia ſubdialia, alia hiberna calidis lavationibus ſervientia eaque tecta circumcirca fecerant, ſeorſum regia, ſeorſum privata, praeterea mulieribus alia itemque alia equis reliquisque iumentis, accommodatum cuique ornatum tribuentes. aquam vero effluentem derivabant in Neptuni lucum, in quo arbores variae pulchritudinem et altitudinem mirificam propter terrae bonitatem habentes, et in orbes exteriores per canales iuxta pontes deducebant. ubi multa templa multorum deorum, multi quoque horti et gymnaſia exſtructa erant, alia virorum, alia equorum ſeorſum in utraque orbium inſula, praecipue vero in media inſula maiore eximium eis erat equorum curriculum, ſtadii latitudinem habens, longitudinem vero circa orbem totum ad certamen equeſtre demiſſam. ſatellitum circa illud hinc illincque habitationes erant pro ipſorum numero; et fidelioribus quidem in minore orbe eoque propiore arcem ſtatio erat diſpoſita, qui vero omnes fide praeſtabant, iis intra arcem circa reges ipſos data erant domicilia. navalia triremibus referta erant omnibusque ad triremes pertinentibus inſtrumentis, quae quidem om-

ήκει, πάντα δὲ ἐξηρτυμένα †) ἱκανῶς. Καὶ τὰ μὲν δὴ περὶ τὴν τῶν βασιλέων οἴκησιν οὕτω κατεσκεύαστο· διαβάντι δὲ τοὺς λιμένας ἔξω τρεῖς ὄντας ἀρξάμενον ἀπὸ * τῆς θα- Ε
λάττης ἦν ††) ἐν κύκλῳ τεῖχος, πεντήκοντα σταδίους τοῦ μεγίστου τροχοῦ τε καὶ λιμένος ἀπέχον πανταχῇ, καὶ ξυνέκλειεν εἰς ταὐτὸ πρὸς τὸ (*) τῆς διώρυχος στόμα τὸ πρὸς θαλάττης (**). τοῦτο δὴ πᾶν ξυνῳκεῖτο μὲν ὑπὸ πολλῶν καὶ πυκνῶν οἰκήσεων, ὁ δὲ ἀνάπλους καὶ ὁ μέγιστος λιμὴν ἔγεμε πλοίων καὶ ἐμπόρων ἀφικνουμένων πάντοθεν, φωνὴν καὶ θόρυβον παντοδαπὸν κτύπον τε μεθ' ἡμέραν καὶ διὰ νυκτὸς ὑπὸ πλήθους παρεχομένων.

Τὸ μὲν οὖν ἄστυ καὶ τὸ περὶ τὴν ἀρχαίαν οἴκησιν σχεδόν, ὡς τότ' ἐλέχθη, νῦν διεμνημόνευται· τῆς δ' ἄλλης χώρας ὡς ἡ φύσις εἶχε καὶ τὸ * τῆς διακοσμήσεως εἶδος ἀπο- 118
μνημονεῦσαι πειρατέον. πρῶτον μὲν οὖν ὁ τύπος ἅπας ἐλέγετο σφόδρα τε ὑψηλὸς καὶ ἀπότομος ἐκ θαλάττης, τὸ δὲ περὶ τὴν πόλιν πᾶν πεδίον, ἐκείνην μὲν περιέχον, αὐτὸ δὲ κύκλῳ περιεχόμενον ὄρεσι μέχρι πρὸς τὴν θάλατταν καθειμένοις *), λεῖον καὶ ὁμαλές, πρόμηκες δὲ πᾶν, ἐπὶ μὲν θάτερα τρισχιλίων σταδίων, κατὰ δὲ μέσον ἀπὸ θαλάττης ἄνω δισχιλίων. ὁ δὲ τύπος οὗτος ὅλης τῆς νήσου πρὸς * νότον ἐτέ- Β
τραπτο, ἀπὸ τῶν ἄρκτων **) κατάβορρος. τὰ δὲ περὶ αὐτὸν ὄρη τότε ὑμνεῖτο πλῆθός καὶ μέγεθος καὶ κάλλος παρὰ πάντα τὰ νῦν ὄντα γεγονέναι, πολλὰς μὲν κώμας καὶ πλουσίας περιοίκων ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντα, ποταμοὺς δὲ καὶ λίμνας καὶ λειμῶνας τροφὴν τοῖς πᾶσιν ἡμέροις καὶ ἀγρίοις ἱκανὴν θρέμμασιν, ὕλην δὲ καὶ πλήθει καὶ γένεσι ποικίλην ξύμπασί τε τοῖς ἔργοις καὶ πρὸς ἕκαστα ἄφθονον. ὧδε οὖν τὸ πεδίον φύσει καὶ ὑπὸ βασιλέων * πολλῶν ἐν πολλῷ χρόνῳ διε- C
πεπόνητο. τετράγωνον μὲν αὐτὸ ὑπῆρχε τὰ πλεῖστ' ὀρθὸν καὶ πρόμηκες· ὅ τι δ' ἐνελείπετο, κατεύθυντο ***) τάφρου κύκλῳ περιορυχθείσης. τὸ δὲ βάθος καὶ πλάτος τό τε μῆκος

---

†) γρ. ἐξηρτημένα.
(*) ἴσ. εἰς ταὐτὸ τό.
*) γρ. καθημένοις.
***) γρ. κατ' εὐθὺ τῷ.
††) ἄλλ. ἦειν.
(**) γρ. πρὸς τὸ θαλάττης.
**) γρ. ἄκρων.

nia rite erant apparata. Ac regum quidem domicilium ita erat inſtructum; portus vero tres exteriores transgreſſum murus excipiebat a usque mari omnia cingens, qui quinquaginta ſtadia a maximo orbe et portu aberat omni ex parte, et concludebat foſſae oſtium ad mare verſus. et hanc quidem totam regionem multae denſaeque habitationes occupabant, ſinus vero maximusque portus abundabat navigiis et mercatoribus undique confluentibus, qui vociferationem, tumultum omnis generis et ſtrepitum dies noctesque propter multitudinem edebant.

De urbe et antiqua habitatione fere, ut tunc tradebatur, nunc expoſitum eſt; reliquae iam regionis quomodo natura ſe habuerit et conſtitutionis ſpecies qualis fuerit commemorare conandum eſt. ac primum quidem locus totus dicebatur admodum editus et praeruptus per mare eſſe, regio autem circa urbem univerſa campeſtris, illam quidem cingens, ipſa vero circumcirca cincta montibus usque ad mare demiſſis, levis et plana, oblonga vero tota, ex altera parte ſtadia ter mille, in medio a mari ſurſum bis mille. locus autem hic totius inſulae ad auſtri partes converſus erat, ad ſeptentrionem ab aquilone protectus. montes vero qui tunc eum cingebant copia et magnitudine et pulchritudine praedicabantur omnibus qui nunc ſunt praeſtitiſſe, multos quidem vicos et divites accolarum in ſe habentes, fluvios porro et ſtagna et prata omnibus et manſuetis et feris animantibus ſatis alimenti praebentia, ſylvamque et ad copiam et ad genera variam omniaque ad opera et ad ſingula largam. ita igitur campus natura et a regibus multis multos per annos excultus erat. quadratus autem erat ex maxima parte rectus et oblongus, et quod a recta linea aberat, id dirigebatur foſſa circumcirca ducta; cuius altitudo, latitudo et longitudo incredibiles quidem

αὐτῆς ἄπιστον μὲν λεχθέν, ὡς χειροποίητον ἔργον, πρὸς τοῖς ἄλλοις διαπονήμασι τοσοῦτον εἶναι, ῥητέον δὲ ὅ γε ἠκούσαμεν· πλέθρου μὲν γὰρ βάθος ὀρώρυκτο, τὸ δὲ πλάτος ἁπάντων †) σταδίου, περὶ δὲ πᾶν τὸ πεδίον ὀρυχθεῖσα ††) ξυνέβαινεν * εἶναι τὸ μῆκος σταδίων μυρίων. τὰ δ' ἐκ τῶν D ὀρῶν καταβαίνοντα ὑποδεχομένη ῥεύματα καὶ περὶ τὸ πεδίον κυκλωθεῖσα, πρὸς τὴν πόλιν ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν ἀφικομένη, ταύτῃ πρὸς * * * τὸ †††) πλάτος μάλιστα ἑκατὸν ποδῶν διώρυχες εὐθεῖαι τετμημέναι κατὰ τὸ πεδίον πάλιν εἰς τὴν τάφρον τὴν πρὸς θαλάττης ἀφεῖντο, ἑτέρα δὲ ἀφ' ἑτέρας αὐτῶν σταδίους ἑκατὸν ἀπεῖχεν. ᾗ δὴ *) τήν τ' ἐκ τῶν ὀρῶν ὕλην κατῆγον εἰς τὸ ἄστυ καὶ τἆλλα * δὲ ὡραῖα πλοίοις κατεκομίζον- E το, διάπλους **) ἐκ τῶν διωρύχων εἰς ἀλλήλας τε πλαγίας καὶ πρὸς τὴν πόλιν τεμόντες ***). καὶ δὶς δὴ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὴν γῆν ἐκαρποῦντο, χειμῶνος μὲν τοῖς Διὸς ὕδασι χρώμενοι, θέρους δὲ ὅσα γῆ φέρει, τὰ ἐκ τῶν διωρύχων ἐπάγοντες νάματα. Πλῆθος δὲ τῶν μὲν ἐν τῷ πεδίῳ χρησίμων πρὸς πόλεμον ἀνδρῶν ἐτέτακτο τὸν κλῆρον ἕκαστον παρέχειν ἄνδρα ἡγεμόνα, τὸ * δὲ τοῦ κλήρου μέγεθος εἰς δέκα δεκά- 119 κις ἦν στάδια, μυριάδες δὲ ξυμπάντων τῶν κλήρων ἦσαν ἕξ· τῶν δὲ ἐκ τῶν ὀρῶν καὶ τῆς ἄλλης χώρας ἀπέραντος μὲν ἀριθμὸς ἀνθρώπων ἐλέγετο, κατὰ δὲ τόπους καὶ κώμας εἰς τούτους τοὺς κλήρους πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἅπαντες (†) διενενέμηντο. τὸν οὖν ἡγεμόνα ἦν τεταγμένον εἰς τὸν πόλεμον παρέχειν ἕκτον μὲν ἁρμάτων πολεμιστηρίων (††) μόριον εἰς μύρια ἅρματα, ἵππους δὲ δύο καὶ ἀναβάτας, * ἔτι δὲ ξυνω- B ρίδα χωρὶς δίφρου καταβάτην τε σμικρασπίδα (†††) καὶ τὸν ἀμφοῖν μετ' ἐπιβάτην τοῖν ἵπποιν ἡνίοχον ἔχουσαν, ὁπλίτας δὲ δύο καὶ τοξότας σφενδονήτας τε ἑκατέρους δύο, γυμνήτας δὲ λιθοβόλους καὶ ἀκοντιστὰς τρεῖς ἑκατέρους, ναύτας δὲ τέτταρας εἰς πλήρωμα διακοσίων καὶ χιλίων νεῶν. τὰ μὲν

†) ἄλλ. ἁπάντῃ. ††) γρ. ὀρυχθεῖσαν.
†††) ἄλλ. ταύτῃ πρὸς θάλατταν μεθεῖτο ἐκρεῖν. ἄνωθεν δὲ ἀπ' αὐτῆς τὸ πλάτος. κτλ.
*) γρ. ᾗδη. τήν τ. **) γρ. κατεκομίζοντο διπλοῖς.
***) γρ. τέμνοντες. (†) γρ. ἅπαντας.
(††) ἄλλ. ἅρματος πολεμιστηρίου.
(†††) γρ. καταβάτας τ' ἐς μικρασπίδα.

sunt dictu, quippe opus manu factum praeter ceteras structuras et molimina tantum exstitisse; dicendum tamen quod audivimus; iugerum enim alta effossa erat, stadium in universum lata, circa totum vero campum quum duceretur, factum est ut decem millia stadiorum longa evaderet. montibus autem defluentia recipiens flumina et circa campum in orbem deducta, hinc illincque ad urbem accedens, hac parte * * * *) canales directi plus quam centum pedes lati per campum ducti rursus in fossam ad mare versus porrigebantur, alter vero ab altero stadia centum aberat; per quos e montibus lignum deducebant in urbem et reliqua suo quaeque tempore maturescentia navigiis deportabant, quum traiectus e canalibus obliquos et inter se et urbem versus feciſſent. et bis quidem terrae fruges colligebant, hieme aqua caelesti utentes, et aestate ea quam terra profert, rivos e canalibus inducentes. Multitudo autem virorum qui in campo habitabant ad bellum utiles, ita ordinata erat, ut quaeque portio praeberet ducem, portionis vero magnitudo circiter decies decem stadiorum, et universarum portionum sexaginta millia erant; montis vero reliquaeque regionis incolarum infinitus dicebatur numerus, et secundum locos vicosque in has portiones pro ducibus cuncti distributi erant. statutum autem erat ut dux ad bellum praestaret sextam curruum bellicorum partem, circiter decem millia curruum, equos duo et equites, praeterea bigas praeter sedem bellatorem habentes descendentem parvo clypeo armatum et cum propugnatore amborum equorum rectorem, gravis armaturae milites duos et sagittarios funditoresque itidem duos, levisque armaturae milites lapides iacientes et iaculatores tres utrosque, et nautas quattuor ad ducentas mille naves complendas. ac res qui-

*) *Ficin.* hac tandem erumpebat in mare. desuper autem ab ipsa cet.

οὖν πολεμιστήρια οὕτω διετέτακτο τῆς βασιλικῆς πόλεως, τῶν δὲ ἐννέα ἄλλα ἄλλως, ἃ μακρὸς ἂν χρόνος εἴη λέγειν. * Τὰ δὲ τῶν ἀρχῶν καὶ τιμῶν *) ὧδ' εἶχεν ἐξ ἀρχῆς διακοσμηθέντα. τῶν δέκα βασιλέων εἷς ἕκαστος ἐν μὲν τῷ καθ' αὑτὸν μέρει κατὰ τὴν αὐτοῦ πόλιν τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν πλείστων νόμων ἦρχε, κολάζων καὶ ἀποκτιννὺς ὅντιν' ἐθελήσειεν· ἡ δὲ ἐν ἀλλήλοις ἀρχὴ καὶ κοινωνία κατὰ ἐπιστολὰς ἦν τὰς τοῦ Ποσειδῶνος, ὡς ὁ νόμος αὐτοῖς παρέδωκε, καὶ γράμματα ὑπὸ τῶν πρώτων ἐν στήλῃ γεγραμμένα ὀρειχαλκίνῃ, ἣ κατὰ μέσην τὴν νῆσον ἔκειτο ἐν ἱερῷ * Ποσειδῶνος, οἷ δὴ **) δι' ἐνιαυτοῦ πέμπτου, τοτὲ δὲ ***) ἐναλλὰξ ἕκτου, ξυνελέγοντο, τῷ τε ἀρτίῳ καὶ τῷ περιττῷ μέρος ἴσον ἀπονέμοντες, ξυλλεγόμενοι δὲ περί τε τῶν κοινῶν ἐβουλεύοντο καὶ ἐξήταζον εἴ τίς τι παραβαίνοι καὶ ἐδίκαζον. ὅτε δὲ δικάζειν μέλλοιεν, πίστεις ἀλλήλοις τοιάσδε ἐδίδοσαν πρότερον. ἀφέτων ὄντων ταύρων ἐν τῷ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερῷ μόνοι γιγνόμενοι δέκα ὄντες, ἐπευξάμενοι τῷ θεῷ τὸ κεχαρισμένον αὐτῷ θῦμα ἑλεῖν, * ἄνευ σιδήρου ξύλοις καὶ βρόχοις ἐθήρευον, ὃν δὲ ἕλοιεν τῶν ταύρων, πρὸς τὴν στήλην προσαγαγόντες κατὰ κορυφὴν αὐτῆς ἔσφαττον κατὰ τῶν γραμμάτων. ἐν δὲ τῇ στήλῃ πρὸς τοῖς νόμοις ὅρκος ἦν μεγάλας ἀρὰς ἐπευχόμενος τοῖς ἀπειθοῦσιν. ὅτ' οὖν κατὰ τοὺς αὐτῶν νόμους θύσαντες καθαγίζοιεν πάντα τοῦ * ταύρου τὰ μέλη, κρατῆρα κεράσαντες ὑπὲρ ἑκάστου θρόμβον ἐνέβαλλον αἵματος, τὰ δ' ἄλλ' εἰς τὸ πῦρ ἔφερον, περικαθήραντες τὴν στήλην· μετὰ δὲ τοῦτο χρυσαῖς φιάλαις ἐκ τοῦ κρατῆρος ἀρυτόμενοι, κατὰ τοῦ πυρὸς σπένδοντες ἐπώμνυσαν δικάσειν τε κατὰ τοὺς ἐν τῇ στήλῃ νόμους καὶ κολάσειν εἴ τίς τι πρότερον παραβεβηκὼς εἴη, τό τε αὖ μετὰ τοῦτο μηδὲν τῶν γραμμάτων ἑκόντες παραβήσεσθαι, μηδὲ ἄρξειν μηδὲ ἄρχοντι πείσεσθαι * πλὴν κατὰ τοὺς τοῦ πατρὸς ἐπιτάττοντι νόμους. ταῦτα ἐπευξάμενος ἕκαστος αὐτῶν αὑτῷ καὶ τῷ ἀφ' αὑτοῦ γένει, πιὼν καὶ ἀναθεὶς τὴν φιάλην εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ,

C D E 120 B

*) γρ. ἀρχῶν τιμῶν.
**) γρ. οἱ δὲ.
***) γρ. τὸ δὲ.

dem bellica regiae civitatis ita erat conſtituta, novem vero reliquarum alia aliter, de qua longum eſt dicere. Magiſtratus autem et honores ſic erant ab initio conſtituti. decem regum unusquisque pro virili parte in civitate ſua viris plurimisque legibus moderabatur, caſtigans et interficiens quem vellet; mutuum vero inter ipſos imperium et communitas ſecundum Neptuni mandata erant conſtituta, quae lex eis et litterae tradebant a primis columnae exſtructae ex aurichalco inſculptae, quae media in inſula poſita erat in Neptuni templo, quo quidem alternis modo quinto modo ſexto anno conveniebant, pari et impari numero idem tribuentes, et convenientes de rebus communibus conſultabant, inquirebant ſi quis quid migraverat et iudicabant. iudicium autem exercituri fidem inter ſe hanc prius dabant. liberi quum paſcerentur tauri in Neptuni templo, decem illi ſoli hic verſantes vovebant deo gratam victimam ſe capturos eſſe, et ſine ferro lignis et laqueis venabantur, taurum vero quem ceperant ad columnam trahebant et in eius vertice mactabant in litteris ibi inciſis. in columna praeter leges iusiurandum erat dira exſecrans in eos qui non parituri eſſent. quum ſecundum leges ſuas ſacrificio facto conſecraturi erant omnia tauri membra, cratera ſtatuebant et pro quoque guttam iniiciebant ſanguinis, reliqua in ignem inferebant, luſtrantes columnam; deinde aureis poculis e cratere haurientes et in ignem libantes iurabant iudicaturos ſe eſſe ſecundum leges columnae inciſas et caſtigaturos ſi quis quid ante migraſſet, et in poſterum quoque nihil ſcriptorum ſua ſponte migraturos, neque imperaturos neque imperanti parituros eſſe niſi ſecundum patris leges mandaturus eſſet. quae quum voviſſet quisque eorum pro ſe ſuoque genere, bibebat et poculo in dei templo

περὶ τὸ δεῖπνον καὶ τἀναγκαῖα διέτριψεν. ἐπεὶ δὲ γίγνοιτο *) σκότος καὶ τὸ πῦρ ἐψυγμένον τὸ περὶ τὰ θύματα εἴη, πάντες οὕτως ἐνδύντες ὅτι καλλίστην κυανῆν στολήν, ἐπὶ τὰ τῶν ὁρκωμοσιῶν **) καύματα χαμαὶ καθίζοντες, νύκτωρ, πᾶν τὸ περὶ τὸ ἱερὸν ἀποσβεννύντες πῦρ, ἐδικάζοντό * τε καὶ ἐδί- C καζον, εἴ τίς τι παραβαίνειν αὐτῶν αἰτιῷτό τινα· δικάσαντες δὲ τὰ δικασθέντα, ἐπειδὴ φῶς γένοιτο, ἐν χρυσῷ πίνακι γράψαντες μετὰ τῶν στολῶν μνημεῖα ἀνετίθεσαν. νόμοι δὲ πολλοὶ μὲν ἄλλοι περὶ τὰ γέρα ***) τῶν βασιλέων ἑκάστων ἦσαν ἴδιοι, τὰ δὲ μέγιστα, μήτε ποτὲ ὅπλα ἐπ' ἀλλήλους οἴσειν βοηθήσειν τε πάντας, ἄν πού τις αὐτῶν ἔν τινι πόλει τὸ βασιλικὸν καταλύειν ἐπιχειρῇ γένος, κοινῇ δέ, καθάπερ οἱ πρόσθεν, * βουλευόμενοι τὰ δόξαντα περὶ πολέμου καὶ D τῶν ἄλλων πράξεων, ἡγεμονίαν ἀποδιδόντες τῷ Ἀτλαντικῷ γένει· θανάτου δὲ τὸν βασιλέα τῶν ξυγγενῶν μηδενὸς εἶναι κύριον, ἂν †) μὴ τῶν δέκα τοῖς ὑπὲρ ἥμισυ δοκῇ.

Ταύτην δὴ τοσαύτην καὶ τοιαύτην δύναμιν ἐν ἐκείνοις τότε οὖσαν τοῖς τόποις ὁ θεὸς ἐπὶ τοῦσδε αὖ τοὺς ††) τόπους ξυντάξας ἐκόμισεν ἔκ τινος τοιᾶσδε, ὡς λόγος, προφάσεως. ἐπὶ πολλὰς μὲν γενεάς, μέχριπερ ἡ τοῦ θεοῦ φύσις * αὐτοῖς ἐξήρκει, κατήκοοί τε ἦσαν τῶν νόμων καὶ πρὸς τὸ E ξυγγενὲς θεῖον φιλοφρόνως εἶχον· τὰ γὰρ φρονήματα ἀληθινὰ καὶ πάντῃ μεγάλα ἐκέκτηντο, πραότητι μετὰ φρονήσεως πρός τε τὰς ἀεὶ ξυμβαινούσας τύχας καὶ πρὸς ἀλλήλους χρώμενοι· διὸ πλὴν ἀρετῆς πάντα ὑπερορῶντες σμικρὰ ἡγοῦντο τὰ παρόντα, καὶ ῥᾳδίως ἔφερον οἷον ἄχθος * τὸν τοῦ χρυσοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων κτημάτων ὄγκον, ἀλλ' 121 οὐ μεθύοντες ὑπὸ τρυφῆς οὐδ' ὑπὸ τοῦ ἀκράτου ἀμβλυώττοντες †††) ἐσφάλλοντο, νήφοντες δὲ ὀξυ̃ωπ καθεώρων ὅτι καὶ ταῦτα πάντα ἐκ φιλίας τῆς κοινῆς μετὰ ἀρετῆς αὐξάνεται, τῇ δὲ τούτων σπουδῇ καὶ τιμῇ φθίνει ταῦτά τε αὐτὰ κἀκείνη ξυναπόλλυται τούτοις. ἐκ δὴ λογισμοῦ τε τοιούτου καὶ φύ-

---

*) γρ. ἐγίγνετο. ἄλλ. διατρίψας, ἐπειδὴ γίγνοιτο.
) ἰσ. ὁρκωμοσίων. *) γρ. ἱερά. †) ἄλλ. ὃν ἂν μὴ. ††) γρ. αὐτούς. †††) ἄλλ. ὑπὸ τρυφῆς διὰ πλοῦτον ἀκράτορες αὐτῶν ὄντες.

ſacrato epulis rebusque neceſſariis vacabat. tenebris vero obortis igneque victimarum fere exſtincto omnes ſtola quam pulcherrima caerulea induti in victimarum calore humi conſidebant noctuque, omni circa templum igne exſtincto, in iudicium vocabantur et vocabant, ſi quis quid migrantem eorum aliquem accuſaſſet. quum vero exſequuti eſſent iudicia diesque illuxiſſet, in aurea tabula inſculpentes cum ſtolis monumenta dedicarunt. ac leges quidem multae aliae de regum dignitate ſingulorum erant propriae, maximum vero hoc erat lege ſancitum, ne umquam arma inter ſe inferrent, ſed omnes auxiliarentur, ſicubi aliquis in civitate quapiam regium eorum exſtirpare aggrederetur genus, communiter vero, quemadmodum ſuperiores, quum in conſilium iviſſent, ea quae de bello aliisque rebus gerendis ipſis viſa erant exſequebantur, principatum et imperium Atlantico generi tribuentes; necis autem ut poteſtatem rexin nullum cognatorum haberet, niſi plus dimidio decem illorum videretur.

Hanc igitur tantam et talem potentiam quae illis in locis tum erat deus in hosce locos compoſitam adduxit hanc fere, ut traditur, ob cauſam. multa quidem per ſaecula, quamdiu dei natura eis ſuppetebat, legibus obtemperabant comesque erant erga divinum cognatum; animum enim habebant verum planeque magnum, clementiam quandam prudentem et in caſibus quibusque incidentibus et inter ſe exercentes; quocirca praeter virtutem omnia deſpicientes parvi faciebant ea quae poſſidebant, et facile ferebant tamquam onus auri ceterarumque facultatum molem, non ebrii propter luxuriam nec mero hebetati labebantur, ſed ſobrii acute perſpiciebant haec omnia amicitia communi et virtute augeſcere, illorum vero ſtudio et honore tum haec ipſa perire tum illas cum his exſtingui. ex hac igitur reputatione et natura divina permanente omnia ip-

σεως θείας παραμενούσης πάντ' αὐτοῖς ηὐξήθη ἃ πρὶν διήλθομεν. ἐπεὶ δ' ἡ τοῦ θεοῦ μὲν μοῖρα ἐξίτηλος ἐγίγνετο ἐν αὐτοῖς πολλῷ τῷ θνητῷ καὶ πολλάκις ἀνακερανυμένη, τὸ δὲ ἀνθρώπινον ἦθος ἐπεκράτει, * τότε ἤδη τὰ παρόντα φέ- B
ρειν ἀδυνατοῦντες *) ἠσχημόνουν, καὶ τῷ δυναμένῳ μὲν ὁρᾶν αἰσχροὶ κατεφαίνοντο, τὰ κάλλιστα ἀπὸ τῶν τιμιωτάτων ἀπολλύντες, τοῖς δὲ ἀδυνατοῦσιν ἀληθινὸν πρὸς εὐδαιμονίαν βίον ὁρᾶν τότε δὴ μάλιστα πάγκαλοι μακάριοί τε ἐδοξάζοντο εἶναι, πλεονεξίας ἀδίκου καὶ δυνάμεως ἐμπιπλάμενοι. θεὸς δὲ ὁ θεῶν Ζεὺς ἐν νόμοις βασιλεύων, ἅτε δυνάμενος καθορᾶν τὰ τοιαῦτα, ἐννοήσας γένος ἐπιεικὲς ἀθλίως διατιθέμενον, δίκην αὐτοῖς ἐπιθεῖναι βουληθείς, ἵνα γένοιντο ἐμμελέστεροι σωφρονισθέντες, * ξυνήγειρε θεοὺς πάντας C
εἰς τὴν τιμιωτάτην αὑτῶν οἴκησιν, ἣ δὴ κατὰ μέσον παντὸς τοῦ κόσμου βεβηκυῖα καθορᾷ πάντα ὅσα γενέσεως μετείληφε, καὶ ξυναγείρας εἶπεν * * * * *

*) γρ. ἀδυναμοῦντες.

ſis incrementa ceperunt quae enumeravimus. quum vero dei ſors in iis evanuiſſet cum multo mortali multisque modis commixta, humana autem indoles ſuperaſſet, tum demum bona quae habebant ferre non potuerunt pravosque ſe praebuerunt, et ei qui videre poterat turpes videbantur, pulcherrima e pretioſiſſimis perdentes, ab iis vero qui veram ad felicitatem vitam videre non poterant, tum ſcilicet oppido pulchri et beati exiſtimabantur, aviditate iniuſta et potentia impleti. deus vero deorum Iuppiter iuſte imperans, quippe ad haec cernenda valens, quum intellexiſſet genus probum miſere affectum eſſe, poena eos afficere cogitans, ut modeſtiores evaderent caſtigati, convocavit deos omnes in auguſtiſſimam eorum ſedem, quae quidem locum medium univerſi mundi obtinet omniaque conſpicit quae orta ſunt, et apud convocatos verba fecit * * * * *

LIPSIAE

IMPRESSIT BENEDICT. GOTTHILF TEUBNER.

Digitized by Google

HW 2JFC 0

Digitized by Google